

Vysokoškolská učebnica

ANTOLÓGIA Z PATRISTICKEJ, STREDOVEKEJ A HUMANISTICKEJ LITERATÚRY

Dana Stehlíková – Erika Juríková



Filozofická fakulta Trnavskej univerzity



INTERREG V-A
SLOVENSKÁ REPUBLIKA
ČESKÁ REPUBLIKA



**EURÓPSKA ÚNIA
EURÓPSKY FOND
REGIONÁLNEHO ROZVOJA**
SPOLOČNE BEZ HRANÍČ

**Antológia z patristickej, stredovekej
a humanistickej literatúry**
Vysokoškolská učebnica

Dana Stehlíková – Erika Juríková

ANTOLÓGIA Z PATRISTICKEJ, STREDOVEKEJ A HUMANISTICKEJ LITERATÚRY

Dana Stehlíková – Erika Juríková



Trnava 2022
Trnavská univerzita

Antológia z patristickej, stredovekej a humanistickej literatúry
Vysokoškolská učebnica

Autorský podiel: Dana Stehlíková 50 %
Erika Juríková 50 %

Recenzenti: doc. Mgr. Erika Brodňanská, PhD.
doc. Mgr. Róbert Horka, PhD.

Vydala Filozofická fakulta Trnavskej univerzity

Neprešlo jazykovou úpravou
Sadzba a zalomenie Jana Kubáňová

Prvé vydanie

Slovak edition © Filozofická fakulta Trnavskej univerzity

ISBN 978-80-568-0484-1



INTERREG V-A
SLOVENSKÁ REPUBLIKA
ČESKÁ REPUBLIKA



EURÓPSKA ÚNIA
EURÓPSKY FOND
REGIONÁLNEHO ROZVOJA
SPOLOČNE BEZ HRANÍC

OBSAH

Úvod.....	7
I. Pozdněantická latinská křesťanská literatura.....	9
II. Latinská středověká próza bohemikálního původu.....	16
III. Latinská středověká próza z Uhorska.....	26
IV. Latinská středověká poezie Evropy.....	33
V. Latinská středověká poezie bohemikálního původu.....	36
VI. Latinská středověká poezia z Uhorska.....	49
VII. Latinská humanistická próza Evropy.....	58
VIII. Latinská humanistická próza bohemikálního původu.....	61
IX. Latinská humanistická próza z Uhorska.....	64
X. Latinská humanistická poezie Evropy.....	75
XI. Latinská humanistická poezie bohemikálního původu.....	80
XII. Latinská humanistická poezie z Uhorska.....	90

ÚVOD

Tento učebný text vznikol v rámci riešenia medzinárodného projektu InterReg TVU – MU, ktorého hlavným riešiteľom bola Trnavská univerzita a zahraničným partnerom Masarykova univerzita v Brne. Projekt sa riešil v rokoch 2020 – 2022 na oboch vysokoškolských pracoviskách súčasne. Ide o vysokoškolský učebný text – antológiu vybraných autorov a diel z patristickej literatúry, stredoveku a obdobia humanizmu. Učebný text obsahuje 12 kapitol, ktoré sú rozdelené podľa žánrov. Autorky akcentujú jednotlivé diela a autorov na základe vlastného výberu a dlhoročných pedagogických skúseností. Okrem obdobia starokresťanskej literatúry sú vždy zaradené ukážky z diel európskeho geografického priestoru, bohémikálneho okruhu a z územia Uhorského kráľovstva, ktorého politickou i kultúrnou súčasťou bolo aj územie dnešného Slovenska. Pred jednotlivými latinskými ukážkami sú zaradené stručné charakteristiky autorov a diel so základnými biografickými údajmi. Okrem edícií sa odkazuje aj na existujúce preklady do českého, slovenského a prípadne anglického jazyka. Rozsah a výber ukážok bol determinovaný rozsahom textu v rámci projektu.

Vysokoškolský učebný text je určený predovšetkým pre študentov klasických jazykov a medievalistiky na Trnavskej univerzite aj Masarykovej univerzite v Brne, prípadne latinčiny v učiteľskej kombinácii s inými predmetmi, ďalej študentom filozofie, slovenského jazyka a literatúry, histórie, dejín umenia, knihovedy či iných humanitných odborov. Svojho adresáta môže učebnica nájsť aj medzi študentami teológie. Rozsah zodpovedá jednosemestrálnej prednáške s časovou dotáciou dvoch hodín týždenne a predpokladá primeranú znalosť latinčiny.

autorky

I. POZDŇANTICKÁ LATINSKÁ KŘEŠŤANSKÁ LITERATURA

1. Q. Septimius Florens Tertullianus (* cca 160, † po 220), *De spectaculis* – *O hrách*, cap. 8, 7–11; cap. 12, 1–5

Tertullianus napsal řadu praktických příruček, v nichž ukazuje, jak má správný křesťan žít v tehdy převážně pohanské společnosti. Ve spisu *O hrách* se věnuje problematice divadelních představení, gladiátorských zápasů, sportovních klání na stadionu a dalších ryze pohanských her. Podle Tertulliana je účast křesťana na takových podívaných nevhodná kvůli jejich nemravnosti. Kromě etických výkladů jsou tu velmi cenné kulturně historické pasáže o původu jednotlivých typů her.

Edice: TERTULLIANUS, *De spectaculis* – *Les spectacles*, ed. Marie Turcan, Paris 1986; 2013.

TERTULLIAN, *De spectaculis*, *lateinisch-deutsch*. ed. a překl. Karl-Wilhelm Weeber, Stuttgart 1988; 2002; 2008.

Překlad: TERTULLIANUS, *O hrách* – *De spectaculis*, překl. Petr Kitzler, Praha 2004.

cap. 12, 1–5

[1] superest illius insignissimi spectaculi ac receptissimi cognitio. munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. [2] nam olim, quoniam animas

defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel mali status servos mercati in exequiis immolabant. [3] postea placuit impietatem voluptate adumbrare. itaque quos paraverant, armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. ita mortem homicidiis consolabantur. [4] haec muneri origo. sed panlatim provecti ad tantam gratiam, ad quantam et crudelitatem, quia ferarum voluptati satis non fiebat nisi et feris humana corpora dissiparentur. quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur; quae species proinde idololatria est, quoniam et idololatria parentationis est species: tam haec quam illa mortuis ministrat. [5] in mortuorum autem idolis daemonia consistunt.

2. Augustin (Aurelius Augustinus; * 354, † 430), *Confessiones* – *Vyznání*, 3.1.1., 3.2.2.

Vyznání patří k nejčtenějším patristickým textům. Augustinus zde velmi emocionálně popisuje svůj život a cestu ke katolické víře. Oblíbené jsou především pasáže, kde se přiznává k mladickým neřestem – odtud je i naše ukázka.

Edice: AURELIUS AUGUSTINUS, *Confessionum libri XIII*, ed. Martinus Skutella, Leipzig 1934; opravené vydání Berlin 2009.

Sancti Augustini Confessionum libri XIII, ed. Luc Verheijen. Turnhout 1981; 1996 (Corpus Christianorum, Series Latina 27).

AURELIUS AUGUSTINUS, *Confessiones – Bekenntnisse*, ed. a překl. Kurt Flasch/Burkhard Mojsisch. Stuttgart 2009.

AUGUSTINE, *Confessions*, I–II, ed. a překl. Carolyn J.-B. Hammond, London 2014.

Překlady: *Svatého otce a učitele církve Aurelia Augustina Vyznání*, překl. Mikuláš Levý, Praha 1926 (nově vydáno Praha 1992, 1997, 1999, 2006, 2012).

SVATÝ AUGUSTIN, *Vyznání*, překl. Ondřej Koupil/Marie Kyrálová/Pavel Mareš, Kostelní Vydří 2015.

AURELIUS AUGUSTINUS, *Vyznání*, I–IX, překl. Jiří Šubrt, Praha 2019.

3.1.1.

veni Carthaginem, et circumstrepebat me undique sartago flagitiosorum amorum. nondum amabam, et amare amabam, et secretiore indigentia oderam me minus indigentem. quaerebam quid amarem, amans amare, et oderam securitatem et viam sine muscipulis, quoniam fames mihi erat intus ab interiore cibo, te ipso, deus meus, et ea fame non esuriebam, sed eram sine desiderio alimentorum incorruptibilium, non quia plenus eis eram, sed quo inanior, fastidiosior. et ideo non bene valebat anima mea et ulcerosa proiciebat se foras, miserabiliter scalpi avida contactu sensibilibium. sed si non haberent animam, non utique amarentur. amare et amari dulce mihi erat, magis si et amantis corpore fruerer. venam igitur amicitiae coinquinabam sordibus concupiscentiae candoremque eius obnubilabam de tartaro libidinis, et tamen foedus atque inhonestus, elegans et urbanus esse gestiebam abundantanti vanitate. rui etiam in amorem, quo cupiebam capi. deus meus, misericordia mea, quanto felle mihi suavitatem illam et quam bonus aspexisti, quia et amatus sum, et perveni occulte ad vinculum fruendi, et conligabar laetus aerumnosis nexibus, ut caederer virgis ferreis ardentibus zeli et suspicionum et timorum et irarum atque rixarum.

3. Benedikt z Nursie (Benedictus de Nursia, * cca 480, † 547),

Regula – Řehole, cap. 39

Sv. Benedikt, zakladatel benediktinského řádu a vůbec prvního benediktinského kláštera Montecassino (r. 529), sestavil podrobný návod pro život příslušníků svého řádu. Ukázka se týká množství pokrmů, které mají spolubratři jíst.

Edice: *Die Benediktus-Regel, lateinisch-deutsch*, ed. Basilius Steidle, 2. přepracované vydání Beuron 1975.

Die Benediktsregel, lateinisch-deutsch, překl. Gernot Krapinger, ed. P. Ulrich Faust, Ditzingen 2018.

Překlad: *Regula Benedicti (Řehole Benediktova)*, překl. Alžběta Franecová/Vojtěch Engelhart/Ondřej Koupil, Praha 1998.

cap. 39 *De mensura ciborum*

1 Sufficere credimus ad refectionem cotidianam tam sextae quam nonae, omnibus mensis, cocta duo pulmentaria, propter diversorum infirmitatibus, 2 ut forte qui ex illo non potuerit edere ex alio reficiatur.

3 Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiant et, si fuerit unde poma aut nascentia leguminum, addatur et tertium.

4 Panis libra una propensa sufficiat in die, sive una sit relectio sive prandii et cenae:

5 quod si cenaturi sunt, de eadem libra tertia pars a cellarario servetur reddenda cenandis.

6 Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio et potestate abbatis erit, si expediat, aliquid augere,

7 remota prae omnibus crapula et ut numquam surripiat monacho indigeries,

8 quia nihil sic contrarium est omni christiano quomodo crapula,

9 sicut ait Dominus noster: *Videte ne graventur corda vestra crapula.*

10 Pueris vero minori aetate non eadem servetur quantitas, sed minor quam maioribus, servata in omnibus paritate.

11 Carnium vero quadrupedum omnimodo ab omnibus abstinenceatur comestio, praeter omnino debiles aegrotos.

4. Řehoř Veliký (Gregorius Magnus; * 540, † 604),

Dialogi de vita et miraculis patrum Italicorum – Dialogy o životě a zázracích otců Itálie, lib. II, cap. 33, 34

Dialogy představují velmi populární sbírku hagiografických textů, které jsou představovány formou rozhovoru mezi Řehořem a jeho přítelem, jáhnem Petrem. Sbíрка se stala vzorem a pramenem pro řadu pozdějších vyprávění o životě a zázracích světců. Celá druhá kniha, odkud pochází naše ukáзка, je věnována sv. Benediktovi.

Edice: *Grégoire le Grand. Dialogues I-IV*, ed. Adalbert de Vogüe, Paris 1978–1980.

GREGOR I., *Vita Benedicti: Lateinisch – Deutsch*, ed. Gisela Vollmann-Profe, Stuttgart 2015.

cap. 33 *De miraculo Scholasticae, sororis ejus*

Gregorius. Quisnam erit, Petre, in hac vita Paulo sublimior, qui de carnis suae stimulo ter Dominum rogavit (II Cor. XII), et tamen quod voluit, obtinere non valuit? Ex qua re necesse est ut tibi de venerabili Patre Benedicto narrem, quia fuit quiddam quod voluit, sed non valuit implere. Soror namque ejus. Scholastica nomine, omnipotenti Domino ab ipso infantiae tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat. Ad quam vir Dei non longe extra januam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater: qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina soror ejus eum rogavit, dicens: Quaeso te ne ista nocte me deseras, ut usque mane de coelestis vitae gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est quod loqueris, soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat coeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, et caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinavit. Cumque de mensa levaret caput, tanta coruscationis et tonitruum virtus, tantaque inundatio pulviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra loci limen quo considerant, pedem movere potuissent. Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvios in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum idemque esset momentum, et levare caput, et pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscans et tonitruos atque ingentis pluviae inundationem videns se ad monasterium non posse remeare, coepit conqueri contristatus, dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror; quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogavi, et audiri me noluisti; rogavi Dominum meum, et audivit me. Modo ergo si potes, egredere, et me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit, in loco mansit invitus. Sicque factum est ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitae

colloquia sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid, sed minime potuisse: quia si venerabilis viri mentem aspicimus, dubium non est quod eadem serenitatem voluerit in qua descenderat permanere; sed contra hoc quod voluit, in virtute omnipotentis Dei ex feminae pectore miraculum invenit. Nec mirum quod plus illo femina, quae diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit: quia enim juxta Joannis vocem, Deus charitas est (I Joan. IV, 16), justo valde iudicio illa plus potuit, quae amplius amavit.

Petrus. Fateor, multum placet quod dicis.

**5. Isidor ze Sevilly (Isidorus Hispalensis; * po r. 560, † 633),
*Etymologiae – Etymologie, lib. 1, cap. 2; lib. IV, cap. 13***

Isidorova encyklopedie *Etymologiae* je zásadním dílem svého žánru, které bylo čteno a excerповáno po celý středověk. Isidor, stejně jako před ním Cassiodorus, kladl velký důraz na sedm svobodných umění, a proto je zařadil na začátek celé encyklopedie, v níž se jinak snaží postihnout všechny oblasti lidského vzdělání a lidské činnosti. Ukázka ze samotného začátku první knihy nám představí sedm svobodných umění a v následující pasáži, z knihy věnované medicíně, se dozvíme, proč je sedm svobodných umění důležitým základem lékařského vzdělání.

Edice: *Etymologiarum sive Originum Libri XX. Tomus I*, ed. W. M. Lindsay, Oxonii 1911.

Překlad: Jednotlivé díly *Etymologií* vycházely v Praze v nakladatelství Oikoymenth postupně od roku 1998 do roku 2019. Ukázky jsou ze svazku Isidor ze Sevilly, *Etymologiae I–III – Etymologie I–III*, překl. Daniel Korte, Praha 2000 a Isidor ze Sevilly, *Etymologiae IV – Etymologie IV*, překl. Klára Hušková a Hana Florianová, Praha 2003.

lib. I, cap. 2 *De septem liberalibus disciplinis*

Disciplinae liberalium artium septem sunt. Prima grammatica, id est loquendi peritia. Secunda rhetorica, quae propter nitorem et copiam eloquentiae

suae maxime in ciuilibus quaestionibus necessaria existimatur. Tertia dialectica cognomento logica, quae disputationibus subtilissimis uera secernit a falsis. Quarta arithmetica, quae continet numerorum causas et diuisiones. Quinta musica, quae in carminibus cantibusque consistit. Sexta geometrica, quae mensuras terrae dimensionesque complectitur. Septima astronomia, quae continet legem astrorum.

lib. IV, cap. 13 *De initio medicinae*

Quaeritur a quibusdam quare inter ceteras liberales disciplinas Medicinae ars non contineatur. Propterea, quia illae singulares continent causas, ista vero omnium. Nam et Grammaticam medicus scire debet, ut intellegere vel exponere possit quae legit. Similiter et Rhetoricam, ut veracibus argumentis valeat definire quae tractat. Necnon et Dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atque curandas. Sic et Arithmeticam propter numerum horarum in accessionibus et periodis dierum. Non aliter et Geometriam propter qualitates regionum et locorum situs, in quibus doceat quid quisque observare oporteat. Porro Musica incognita illi non erit, nam multa sunt quae in aegris hominibus per hanc disciplinam facta leguntur; sicut de David legitur, qui ab spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quendam per symphoniam pristinae sanitati restituit. Postremo et Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum et mutationem temporum. Nam sicut ait quidam medicorum, cum ipsorum qualitibus et nostra corpora commutantur. Hinc est quod Medicina secunda Philosophia dicitur. Utraque enim disciplina totum hominem sibi vindicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

II. LATINSKÁ STŘEDOVĚKÁ PRÓZA EVROPY

1. Beda Ctihodný (Beda Venerabilis; * 672/3, † 735), *De ratione temporum* – *O počítání času*, cap. 1, *O prstomluvě*

Ze čtenářsky náročnějšího spisu *O počítání času* vybíráme známou pasáž, v níž Beda popisuje, jak lze využít různou polohu prstů na ruce a různé postavení rukou vůči tělu k vyjádření čísel od jedničky až do milionu. Podává tu rovněž návod, jak je možné pomocí prstomluvy provádět tajná sdělení, jež nemají být vyřčena nahlas.

Edice: *Beda Venerabilis Opera didascalica 2. De temporum ratione liber*, ed. Charles W. Jones, Turnhout 1977 (Corpus Christianorum, Series Latina 123B)

cap. 1 *De computo vel loquela digitorum*

Est et alterius modi computus, articulatim decurrens, qui, quoniam specialiter ad paschae rationem pertinet, cum ad hanc ex ordine ventum fuerit, opportunius explicabitur. Potest autem et de ipso quem praenotavi computo quaedam manualis loquela, tam ingenii exercendi quam ludi agendi gratia figurari; qua literis quis singillatim expressis verba, quae hisdem literis contineantur, alteri qui hanc quoque noverit industriam, tametsi procul posito, legenda atque intellegenda contradat, vel necessaria quaeque per haec occultius innuendo significans vel imperitos quosque quasi divinando deludens. Cuius ordo ludi vel loquelae talis est: cum primam alphabeti litteram intimare cupis, unum manu teneto; cum secundam, duo. cum tertiam, tria. et sic ex ordine ceteras. Verbi gratia, si amicum inter insidiatores positum ut caute se agat admonere desideras, .III., et .I., et .XX., et .XIX., et .V.,

et .I., et .VII., et .V., digitis ostende; huius namque ordinis literae, «caute age» significant. Potest et ita scribi, si causa secretior exigat. Sed haec Graecorum computo literisque facilius disci simul atque agi possunt, qui non, ut Latini, paucis hisdemque geminatis suos numeros solent exprimere literis; verum toto alphabeti sui caractere in numerorum figuras expenso, tres qui plus sunt numeros notis singulis depingunt, eundem pene numeri figurandi, quem scribendi alphabeti ordinem sequentes, hoc modo:

2. *Navigatio sancti Brendani – Plavba svatého opata Brendana, cap. 25*

Tato ve středověku velmi populární skladba se dochovala ve velkém počtu rukopisů a byla přeložena do mnoha jazyků. Jedná se o popis mořeplavby irského opata Brendana, zakladatele několika klášterů, který se spolu se svými spolubratry vydává na plavbu do Zaslíbené země svatých, ležící kdesi v západních mořích. Na cestě se mniši stávají svědky různých zázračných událostí a zažívají mnoho dobrodružství, v této ukázce je popsáno jejich setkání s Jidášem.

Edice: *Navigatio Sancti Brendani Abbatis from Early Latin Manuscripts*, ed. Carl Selmer, University of Notre Dame Press 1959, Dublin 1989.

Navigatio sancti Brendani: editio maior, ed. Rossana Guglielmetti/Giovanni Orlando, Firenze 2017.

Překlad: *Plavba svatého opata Brendana*, překl. Eva Hladká-Kučerňáková, in: *Bájně plavby do jiných světů*, red. Magdalena Moravová, Praha 2010, s. 64–98.

cap. 25

Igitur sanctus Brendanus cum navigasset contra meridiem iter septem dierum, apparuit illis in mare quedam formula quasi hominis sedentis supra petra, et velum ante illum a longe quasi [mensura] unius sagi, pendens inter duas furcellas ferreas, et sic agitabatur fluctibus sicut navicola solet quando periclitatur a turbine. Alii ex fratribus dicebant quod avis esset, alii navim putabant. Vir Dei cum audisset eos intra se conferentes talia, ait: „Sinite contendere. Dirigite cursum navis usque ad illum locum.“

Cum vero vir Dei illuc appropinquasset, restiterunt unde in circuitu quasi coagulate, et invenerunt hominem sedentem supra petram hispidum ac deformem, et unde ex omni parte quando effluebant ad illum, percuciebant eum usque ad verticem, et quando recedebant, apparebat illa petra nuda in qua sedebat infelix ille. Pannum quoque, qui ante illum pendebat, aliquando ventus minabat a se, aliquando percuciebat eum per oculos et frontem.

Beatus Brendanus cepit interrogare illum quis esset aut pro qua culpa missus esset ibi seu quid meriti habuisset ut talem penitentiam sustineret. Cui ait: „Ego sum infelicissimus Judas atque negociator pessimus. Non pro merito habeo istum locum sed pro misericordia ineffabili Jhesu Christi. Non mihi computatur penalis iste locus sed pro indulgentia Redemptoris propter honorem dominice resurrectionis.“ Nam erat dies dominicus tunc. „Mihi enim videtur, quando sedeo hic, quasi fuissem in paradiso deliciarum propter timorem tormentorum que futura sunt mihi in hac vespera. Nam ardeo sicut massa plumbi liquefacta in olla die ac nocte in medio montis quem vidistis. Ibi est Leviathan cum suis satellitibus. Ibi fui quando deglutivit fratrem vestrum, et ideo erat infernus letus ut emisisset foras flammam ingentes, et sic facit semper quando animas impiorum devorat. Meum vero refrigerium habeo hic omni die dominico a vespera usque ad vesperam, et in Nativitate Domini usque in Theophaniam et a Pascha usque in Pentecosten et in Purificatione Dei Genitricis atque Assumpcione. Postea et antea crucior in profundo inferni cum Herode et Pilato et Anna et Kaipha. Idcirco adiuro vos per Redemptorem mundi ut intercedere dignemini ad Dominum Jhesum Christum ut habeam hic potestatem esse usque ad ortum solis cras, ne me demones in adventu vestro crucient atque deducant ad malam hereditatem quam comparavi malo precio.“ Cui sanctus Brendanus ait: „Fiat voluntas Domini. Hac nocte non eris morsus demonum usque mane.“

3. Einhard (Eginhardus, Einhardus; * 770, † 840), *Vita Caroli Magni* – Život a doba Karla Velikého, cap. 25–26

Einhard byl jedním z nejvěrnějších služebníků Karla Velikého a jeho dílo *Vita Caroli* platí za první světskou biografii středověku. Einhard se při psaní

nechal inspirovat Suetoniem a predmluvu napsal jako úvod k hrdinskému vyprávění ve stylu Aeneidy. Ukázka pojednává o Karlově vzdělání a zbožnosti.

Edice: EINHARD, *Vita Caroli Magni*, ed. Paul Klopsch, Bamberg 2001.
EINHART, *Vita Karoli Magni* 1, ed. Franz Xaver Herrmann, Münster 2005.
EGINARDO, *Vita Karoli: personalità e imprese di un re grandissimo e di meritissima fama*, ed. Paolo Chiesa, Firenze 2014.

Překlad: *Einhardus: ... a neuniknout budoucímu věku – Vita Caroli Magni. Život a doba Karla Velikého*, překl. Petr Daniš, Praha 1998.

cap. 25

Erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet aperitissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aequae illa ac patria lingua orare sit solitus; Graecam vero melius intellegere quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus erat, ut etiam dicaculus appareret. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis adfliciebat honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcoinum, item diaconem, de Britannia Saxonici generis hominem, virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit; apud quem et rhetoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat artem computandi et intentione sagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere tabulasque et codicillos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis adsuesceret. Sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

4. Hrotsvita z Gandersheimu (Hrotsvitha Gandersheimensis, * 935, † 975), *Dulcitius*, scéna 1–7

Hrotsvita, snad nejslavnější spisovatelka latinského středověku, je autorkou historických i hagiografických děl, slávu však získala především kvůli svým

šesti duchovním dramátům. Ve všech jejích dílech se zrcadlí její pojetí svatosti, kdy ve věčném zápasu mezi dobrem a zlem vždy vítězí světec, který si vybral dobro (tj. Boha), a ďábel je poražen. Ukázka pochází z mučednické dramatické historiky s názvem *Dulcitius*.

Edice: *Hrotsvithae opera*, ed. Helene Homeyer, München 1970.

Překlad: HROTSVITHA Z GANDERSHEIMU, *Pád a obrácení Marie, poustevníka Abraháma neteře; Dulcitius; Vzkříšení Drusiany a Kalimacha*, překl. Eva Stehlíková/Josef Šmatlák/Libuše Zušťáková, Praha 1990.

HROSVITHA GANDERSHEMENSIS, *Dulcitius*, překl. Daniela Urbanová, Echo Latina 1990, s. 4–16.

[HROTSVITHA Z GANDERSHEIMU], *Iterum Dulcitius*, překl. Petr Peňáz, Echo Latina 1991, s. 50–60.

[P e r i o c h a]

Passio sanctarum virginum Agapis Chioniae et Hirenae quas sub nocturno silentio Dulcitius praeses clam adiit, | cupiens earum amplexibus saturari; sed, mox ut intravit, | mente captus ollas et sartagine pro virginibus amplectendo osculabatur, | donec facies et vestes horribili nigredine inficiebantur. | deinde Sisinnio comiti iussu perpuniendas virgines cessit; qui, etiam miris modis illusus, tandem Agapem et Chioniam concremari | et Hirenam iussit perfodi. |

[P e r s o n a e]

Diocletianus.

Agapes.

Chionia.

Hirena.

Dulcitius.

Sisinnius.

Milites.

Coniunx Dulciti.

Ostiarii.

[S c a e n a I]

Diocletianus: parentelae claritas ingenuitatis | vestrumque serenitas pulchritudinis | exigit, vos nuptiali lege primis in palatio copulari, | quod nostri iussio annuerit fieri, | si Christum negare | nostrisque diis sacrificia velitis ferre. |

Agapes: esto securus curarum, | nec te gravet nostrum praeparatio nuptiarum, | quia nec ad negationem confitendi nominis, | nec ad corruptionem integritatis | ullis rebus | compelli poterimus. |

Diocletianus: quid sibi vult ista, quae vos agitat, fatuitas?

Agapes: quod signum fatuitatis | nobis inesse deprehendis? |

Diocletianus: evidens magnumque. |

Agapes: in quo?

Diocletianus: in hoc praecipue, | quod, relicta.vetustae.observantia religionis, | inutilem christianae novitatem sequimini superstitionis. |

Agapes: temere calumpniaris | statum dei omnipotentis. | periculum –

Diocletianus: cuius?

Agapes: tui rei que publicae, quam gubernas.

Diocletianus: ista insanit; amoveatur!

Chionia. mea germana non insanit, | sed tui stultitiam iuste reprehendit. |

Diocletianus: ista dementius bachatur; | unde nostris conspectibus aequae subtrahatur, | et tertia discutiatur. |

Hirena: tertiam rebellem | tibi que penitus probabis renitentem. |

Diocletianus: Hirena, cum sis minor aetate, | fito maior dignitate. |

Hirena: ostende, quaeso, | quo pacto! |

Diocletianus: flecte cervicem diis | et esto sororbus exemplum correctionis | et causa liberationis. |

Hirena: conquiescant idolis, | qui velint incurrere iram celsitonantis! | ego quidem caput regali unguento delibutum non dehonestabo | pedibus simulachrorum submitiendo. |

Diocletianus: cultura deorum non adducit inhonestatem, | sed praecipuum honorem. |

Hirena: et quae inhonestas turpior, | quae turpitudine maior, | quam ut servus | veneretur ut dominus? |

Diocletianus: non suadeo tibi venerari servos, | sed dominos principumque deos. |

Hirena: nonne is est cuiusvis servus, | qui ab artifice pretio comparatur
ut empticius? |

Diocletianus: huius praesumptio verborum | tollenda est suppliciiis. |

Hirena: hoc optamus, hoc amplectimur, | ut pro Christi amore suppliciiis
laceremur. |

Diocletianus: istae contumaces | nostrisque decretis contraluctantes |
catenis inretiantur | et ad examen Dulciti praesidis sub carcerali squalore
serventur. |

[S c a e n a I I]

Dulcitius: producite, | milites, producite, | quas tenetis in carcere! |

Milites: ecce, quas vocasti!

Dulcitius: papae! quam pulchrae, | quam venustae, | quam egregiae
puellulae! |

milites. perfecte decorae. |

Dulcitius. captus sum illarum specie. |

Milites: credibile. |

Dulcitius: exaestuo illas ad mei amorem trahere. |

milites. diffidimus te praevalere. |

Dulcitius. quare? |

Milites: quia stabiles fide. |

Dulcitius: quid, si suadeam blandimentis? |

Milites: contempnunt. |

Dulcitius: quid, si terream suppliciiis? |

Milites: parvi pendunt. |

Dulcitius: et quid fiet?

milites. praecogita.

Dulcitius: ponite illas in custodiam | in interiorem officinae aedem, | in
cuius proaulio ministrorum servantur vasa.

Milites: ut quid eo loci? |

Dulcitius: quo a me saepiuscule possint visitari. |

Milites: ut iubes.

[S c a e n a III]

Dulcitius: quid agant captivae | sub hoc noctis tempore?

Milites: vacant hymnis. |

Dulcitius: accedamus propius. |

Milites: tinnulae sonitum vocis | a longe audiemus. |

Dulcitius: observate pro foribus cum lucernis, | ego autem intrabo | et vel optatis amplexibus me saturabo. |

Milites: intra, praestolabimur.

[S c a e n a IV]

Agapes. quid strepat pro foribus?

Hirena: infelix Dulcitius ingreditur. |

Chionia: deus nos tueatur! |

Agapes. amen.

Chionia: quid sibi vult collisio ollarum, | caccaborum et sartaginum? |

Hirena: lustrabo. | accedite, | quaeso, | per rimulas perspicite! |

Agapes. quid est?

Hirena: ecce, iste stultus, | mente alienatus, | aestimat se nostris uti amplexibus. |

Agapes. quid facit?

Hirena: nunc ollas molli fovet gremio, nunc sartagines et caccabos amplectitur, mitia libans oscula.

Chionia: ridiculum.

Hirena: nam facies, manus ac vestimenta | adeo sordidata, | adeo coinquinata, | ut nigredo, quae inhaesit, | similitudinem Aethiopsis exprimit. |

Agapes. decet, ut talis appareat corpore, | qualis a diabolo possidetur in mente. |

Hirena: en, parat regredi. intendamus, quid illo egrediente agant milites | pro foribus expectantes. |

[S c a e n a V]

Milites: quis hic egreditur? daemoniacus. | vel magis ipse diabolus. | fugiamus! |

Dulcitius: milites, quo fugitis? state, | expectate; | ducite me | cum lucernis ad cubile. |

Milites: vox senioris nostri, | sed imago diaboli. | non subsistamus, | sed fugam maturemus: | fantasma vult nos pessumdare.

Dulcitus: ad palatium ibo | et, quam abiectioem patior, principibus vulgabo. |

[S c a e n a V I]

Dulcitus: hostiarii, introducite me in palatium, | quia ad imperatorem habeo secretum. |

Ostiarii: quid hoc vile ac detestabile monstrum, | scissis et nigellis panniculis obsitum? | pugnis tundamus, | de gradu praecipitemus, | nec ultra huc detur liber accessus. |

Dulcitus: vae, vae! quid contigit? | nonne splendidissimis vestibus indutus | totoque corpore videor nitidus? | et quicumque me aspicit, | velut horribile monstrum fastidit! | ad coniugem revertar, | quo ab illa, quid actum sit, experiar. | en, solutis crinibus egreditur, | omnisque domus lacrimis prosequitur! |

[S c a e n a V I I]

Coniunx: heu, heu! mi senior Dulciti, quid pateris? | non es sanae mentis. factus es in derisum christicolis. |

Dulcitus: nunc tandem sentio, me illum illarum maleficiis. |

Coniunx: hoc me vehementer confudit, | hoc praecipue contristavit, | quod, quid patiebaris, ignorasti.

Dulcitus: mando, ut lascivae | praesententur puellae | et abstractis vestibus publice denudentur, | quo versa vice, quid nostra possint ludibria, experiantur. |

5. Hugo od Sv. Viktora (Hugo de Sancto Victore; * 1096, † 1141), *Didascalicon*, lib. 2, cap. 20, 26

Hugo, kanovník u Sv. Viktora v Paříži, byl již za svého života považován za autoritu, jeho současníci jej nazývali *alter Augustinus*. Kromě významných teologických či mystických spisů je Hugo autorem příručky *Didascalicon* neboli *De studio legendi*, kterou lze považovat za úvod do vědeckého studia.

Hugo v ní čtenáře seznamuje se všemi oblastmi vědění a upřesňuje, jakým způsobem se mají studovat. Zde se dočteme o rozdělení mechaniky (mechanica) na sedm oblastí a pak bližší specifikaci jedné z nich, medicíny.

Edice: *Didascalion*, ed. Ch. H. Buttimer, Washington 1939 (*Studies in Medieval and Renaissance Latin X*).

HUGO VON SANKT VICTOR, *Didascalicon de studio legendi*, překl. Thilo Offergeld, Freiburg im Breisgau 1997.

cap. 26 *Sexta: medicina*

Medicina dividitur in duas partes, occasiones et operationes. occasiones sex sunt: aer, motus et quies, inanitio et repletio, cibus et potus, somnus et vigiliae, et accidentia animae. quae ideo occasiones esse dicuntur, quia faciunt et conservant sanitatem, si temperata fuerint; si intemperata fuerint, infirmitatem. accidentia animae ideo dicuntur occasio sanitatis vel infirmitatis, quia aliquando vel commovent calorem impetuose, ut ira, vel leniter, ut delectationes, vel attrahunt et celant aut impetuose, ut terror et timor, aut leniter, ut angustia. et sunt quae commovent naturalem virtutem intus et extra, ut est tristitia. omnis operatio medicinae aut intus fit aut extra: intus, ut ea quae ore, naribus, auribus sive ano intromittuntur, ut potiones, vomitationes, pulveres etc., quae bibendo, vel masticando, vel attrahendo sumuntur; foris, ut epitimata, cataplasmata, emplastra, chirurgia, quae duplex est: in carne, ut incidere, suere, urere; in osse, ut solidare et iuncturae reddere. nec moveat quemquam quod cibum et potum inter attributa medicinae annumero, quae superius venationi attribui, quia secundum diversos respectus hoc factum est. vinum namque in botro agriculturae est, in peno, celararii, in gustu, medici. similiter ciborum apparatus ad pistrinum, macellum, coquinam pertinet; virtus saporis, ad medicinam.

III. LATINSKÁ STŘEDOVĚKÁ PRÓZA BOHEMIKÁLNÍHO PŮVODU

1. *Kristiánova legenda – Vita et passio sancti Wenceslai et sancte Ludmille ave eius, cap. 8*

Kristiánova legenda patří k nejvýznamnějším svatováclavským hagiografickým textům. Hlásí se do 10. století, ale otázka její datace zůstává dodnes nevyřešena. Osmá kapitola legendy líčí zázraky, které se děly při přenesení Václavových ostatků ke sv. Vítu. V ukázce se dočteme o posledním zázraku před Václavovým pohřbem, kdy nastal všeobecný údiv nad jeho neporušenými ostatky.

Edice a překlad: *Kristiánova legenda: život a umučení svatého Václava a jeho báby svaté Ludmily – Legenda Christiani: vita et passio sancti Wenceslai et sancte Ludmille ave eius*, ed. a překl. Jaroslav Ludvíkovský, druhé vydání Praha 2012, s. 80–84.

cap. 8

...Venerunt igitur sine aliquo obstaculo aut impedimento ad locum, quem sibi olim sanctus preparaverat. Tunc quoque accenso lumine intuentes, viderunt corpus eius integrum et omnia vulnera eius sanata, preter vulnus illud unum, quod frater eius crudelissimus capiti eius inflixerat. Et quidem quamvis (locus) sanus foret, a reliquis tamen distabat, velut quodam limo albo [nive] tectus, quod eciam studuerunt abluere, similisque reliquis apparuit.

In eadem vero hora ferunt inter reliquos eiusdem sepulture procuratores quendam venerabilis vite affuisse clericum, qui huic sancto, dum hac lucis

vita pociabatur, amicus fidissimus nectebatur. Qui corpus sanctissimum dum per singulos palparet artus, manum sancti, lacrimarum imbre perfusus oculis, manui sue inpositam leviter ungulas ipsius attrectabat, ex quibus unam vacillantem reperiens, lacrimosa ad socios voce profatur: Peccatoribus, inquit, ve nobis, quoniam corrupcioni cernitur proximum fore sacratissimum corpus hoc. Ecce enim et titubantes parent ungule. Quem reliqui increpantes: Quare, inquit, fater, talia profaris, ac intellectu capaci haut prospicis, quod obediacionis tue causa, qua fervebas, reliquias tibi sui corporis inpartiri cupit? At ille pugno pectus tundens: Vere, inquit, vere, et existimo fore ita. Apprehensaque rursus sanctissima manu unguam repetendo tangit, quam ita firmiter carni relique herentem reperit, ac si nulla vacillationis signa paruisent in ea.

Auricula quoque eius, que funditus abscisa ictu gladii fuerat atque a sorore ipsius, eodem revelante, inventa fuerat, sanissima iunctaque loco suo invenitur. Siquidem memorata venerabilis matrona, soror videlicet beati martyris, Pribislawa vocabulo, ab ipsis cunabulis Christo domino edocta fuerat servire Deo secundum documenta ewangelica sine querela. Postquam enim eam Dominus a iugo maritali solverat, totam se mancipaverat Deo famulandam, estuandi siciens animo velamine sacro contegi, die noctuque instanter oracionibus, vigiliis ieiuniisque persistens. Huic in visione beatus Wenceslaus astitit et inquit: Auriculam mihi persequentes me absceiderunt, que actenus inter arborem, que ecclesie iungitur, parietesque ipsius ecclesie iacet, ex quo tempore abscisa fuerat. Hac comperta revelacione matrona venerabilis sompno sese excuciens ecclesieque expetens locum, thesaurum auricule sanctissime, ubi et locata fuerat, reperit eamque cum reverencia gaudioque magno sumens, omnipotenti Deo gracias referens, monumentum fratris dominique sui ac martyris adiens, cum quibusdam fidelissimis maxima cum reverencia aperuit, auriculamque imposuit et cum diligencia rursus clausit. Que post translacionem glebe ipsius venerabilis ita incorrupta iunctaque carni relique, ut prediximus, inventa est, ac si nec vestigium ferri unquam passa fuisset.

**2. Kosmas Pražský (Cosmas Pragensis; * cca 1045, † 1125),
*Chronicon Boemorum – Kronika česká, lib. I, cap. 3, 19***

Z první české kroniky vybíráme třetí kapitulu první knihy, v níž Kosmas popisuje, jak lidé žili v dávných časech, v 19. kapitole pak Kosmas mluví o přenesení těla sv. Václava z Boleslavi do Prahy.

Edice: *Die Chronik der Böhmen des Cosmas von Prag (Cosmae Pragensis Chronica Bohemorum)*, ed. Berthold Bretholz, MGH (SS) Nova series II, Berlin 1923 (red. 1980, 1995).

Cosmae Pragensis Chronica Bohemorum – Cosmas of Prague: The Chronicle of the Czechs, ed. János M. Bak a Pavlína Rychterová, Budapest – New York 2020.

Překlad: V. V. Tomek, in: *Fontes rerum Bohemicarum*, II, Praha 1874, s. 1–198 (zde s. 6–7, 31–32).

Kosmova kronika, překl. Karel Hrdina, s úpravami Marie Bláhové a Zdeňka Fialy, Praha 1972.

KOSMAS, *Kronika Čechů*, překl. Karel Hrdina, Marie Bláhová, Magdalena Moravová, Praha 2011.

Kosmova kronika česká, překl. Karel Hrdina, Marie Bláhová, Praha 2005; 2012.

liber 1, cap. 3

Quorum autem morum, quam honestorum vel quantae simplicitatis et quam admirandae probitatis tunc temporis fuerint homines, quamque inter se fideles et in semet Ipsos misericordes, cuius etiam modestiae, sobrietatis, continentiae, si quis bis modernis hominibus valde contraria imitantibus pleno ore narrare temptaverit, in magnum deveniret fastidium. Propterea haec praetermittimus, et pauca, ac quae sunt vera, illius primae aetatis de qualitate dicere cupimus. Felix nimium erat aetas illa, modico contenta sumptu, nec tumido inflata fastu. Cereris et Bachi munera haud norant, quia neque erant. Sera prandia solvebant glande vel ferina carne. Incorrupti latices haustus dabant salubres. Ut solis splendor vel aquae humor, sic arva et nemora, quin etiam et ipsa connubia erant illis communia. Nam more pecudum singulas ad noctes novos ineunt hymeneos, et surgente aurora trium gratiarum copulam et ferrea amoris rumpunt vincula; et

ubi nox quemque occuparat, ibi fusus per herbam, frondosae arboris sub umbra dulces carpebat somnos. Lanae vel lini eis usus ac vestis ignotus, hieme ferinis aut ovinis pellibus utuntur pro vestibus. Nec quisquam *meum* dicere norat, set ad instar monasticae vitae, quicquid habebant, *nostrum* ore, corde et opere sonabant. Ad stabula non erant repagula, nec portam inopi claudebant, quia neque fur neque latro neque inops quisquam erat; nullum scelus apud eos furto gravius et latrocinio. Nullius generis arma videre, tantummodo sagittas, et has propter feriendas feras habuere.

3. Karel IV. (* 1316, † 1378), *Vita Caroli* – *Vlastní životopis*, cap. 4, 8

Vita Caroli je ojedinelou panovníckou autobiografií. Karel přitom zamýšlel nejen popsat skutečné historické události svého života, ale i podat ideální vlastnosti mladého krále před vstupem na trůn. Jeho dílo je tedy i knížecím zrcadlem. Ve čtvrté kapitole Karel mluví o otravě svého doprovodu v Pavii, které jen zázrakem unikl, protože ráno kvůli účasti na mši svaté nesnídal. V osmé kapitole pak popisuje svůj příchod do Čech po osmi letech v cizině.

Edice: *Karoli IV Imperatoris Romanorum Vita Ab Eo Ipso Conscripta et Hystoria Nova De Sancto Wenceslao Martyre*, ed. Balász Nagy/Frank Schaer, Budapest/New York 2001.

Die Autobiographi Karls IV. – Vita Caroli quarti, překl. Eugen Hillenbrand, ed. Wolfgang Friedrich Stammler, Essen 2016.

Překlad: KAREL IV., *Vlastní životopis*, překl. Karel Hrdina, Praha 1911.

Vita Caroli Quarti – Vlastní život Karla IV., překl. Rudolf Mertlík, Brno 2016.

KAREL IV., *Vlastní životopis – Vita Caroli Quarti*, překl. Jakub Pavel, Praha: Odeon 1979 (Dobrovský 2015).

Karel IV. v soudobých kronikách, překl. Marie Bláhová/Zuzana Lukšová, Praha 2016.

cap. 8

... Deinde pervenimus in Boemiam, de qua absens fueramus undecim annis. Invenimus autem, quod aliquot annis ante mater nostra dicta Elyzabeth

mortua erat. Ipsa vero vivente soror nostra secundogenita, filia sua, nomine Guta, missa erat in Franciam et copulata Johanni, filio primogenito Philippi, regis Francie, cuius sororem nomine Blanczam habebamus in uxorem. Tercia vero soror nostra et ultima nomine Anna erat apud dictam sororem nostram in Francia temporibus illis. Et sic cum venissemus in Boemiam, non invenimus nec patrem nec matrem nec fratrem nec sorores nec aliquem notum.

Idioma quoque Boemicum ex toto oblivioni tradideramus, quod post redidicimus, ita ut loqueremur et intelligeremus ut alter Boemus. Ex divina autem gracia non solum Boemicum, sed Gallicum, Lombardicum, Teutonicum et Latinum ita loqui, scribere et legere scivimus, ut una lingua istarum sicut altera ad scribendum, legendum loquendum et intelligendum nobis erat apta.

Tunc pater noster procedens versus comitatum Luczemburgensem propter quandam guerram, quam gerebat cum duce Bravancie ipse et collega sui, videlicet Leodiensis episcopus, Juliacensis marchio, Gerlenensis comes et quam plures alii, commisit nobis auctoritatem suam temporibus absencie sue in Boemia.

Quod regnum invenimus ita desolatum, quod nec unum castrum invenimus liberum, quod non esset obligatum cum omnibus bonis regalibus, ita quod non habebamus ubi manere, nisi in domibus civitatum sicut alter civis. Castrum vero Pragense ita desolatum, destructum ac comminutum fuit, quod a tempore Ottogari regis totum prostratum fuit usque ad terram. Ubi de novo palacium magnum et pulchrum cum magnis sumptibus edificari procuravimus, prout hodierna die apparet intuentibus.

Tempore illo misimus pro uxore nostra, quia adhuc erat in Luczemburg. Que cum venisset, post unum annum habuit filiam primogenitam nomine Margaretham.

Illis autem temporibus dederat nobis pater noster marchionatum Moravie et eodem titulo utebamur. Videns autem communitas de Boemia proborum virorum, quod eramus de antiqua stirpe regum Boemorum, diligentes nos dederunt nobis auxilium ad recuperanda castra et bona regalia. Tunc cum magnis sumptibus et laboribus recuperavimus castra Purglinun, Tyrzow, Liuchtenburg, Lutycz, Grecz, Pyesek, Necztyni, Zbyroh, Tachow, Trutnow in Boemia; in Moravia vero Luccow, Telcz, Weverzi, Olomucense, Brunense

et Znoymense castra, et quam plura alia bona obligata et alienata a regno. Et habebamus multos paratos militares servientes, et prosperabatur regnum de die in diem, diligebatque nos communitas bonorum, mali vero timentes precavebant a malo, et iusticia sufficienter vigebat in regno, quoniam barones pro maiori parte effecti erant tyranni, nec timebant regem, prout decebat, quia regnum inter se dividerant. Et sic tenuimus capitaneatum regni meliorando de die in diem per duos annos...

4. Křišťan z Prachatic (Christannus de Prachaticae, * 1366/1368, † 1439), *De sanguinis minucione – O pouštění krve*, cap. 3

Křišťan z Prachatic, známý především jako učitel a přítel Jana Husa, napsal několik pojednání z oblasti astronomie, lékařství a matematiky. Jeho spis *O pouštění krve* se obšírně věnuje metodám, které se pro odvádění krve z těla ve středověku používaly. Kromě naříznutí cévy to bylo také přiložení baněk a pijavic, a právě o této poslední metodě pojednává vybraná ukázka.

Edice a překlad: CRISTANNUS DE PRACHATICZ, *De sanguinis minucione – O pouštění krve*, ed. a překl. Hana Florianová-Miškovská, Praha 1999, s. 94–98 (Fontes Latini Bohemorum IV).

cap. 3

SEQUITUR DE SANGUISUGIS. Nunc superest de sanguisugis, que in attrahendo conveniunt cum ventosis, aliorum scripta comportare. Et sanguisuge sunt quedam animalia aquatica parva ad modum testudinum, que ore suo sugunt humores pro nutrimento, et ideo applicate corpori vulnerant cutem et tunc sugendo attrahunt humores pro nutrimento per modum ventosarum, sed tamen plus profundius quam ventose.

Et ideo valet apposicio in passionibus cutis profunditatis, ut in serpigine et impetigine, que sunt species scabiei, facta tamen prius universali evacuacione per flebotomiam vel farmaciam. Et quia multe ex eis sunt venenose et plus offendunt, quam prosunt, igitur primo dicitur de cognitione earum, que sunt eligende et que reiciende, secundo qualiter debent servari et tercio de loco apposicionis earum et quarto de casu earum.

DE COGNICIONE SANGUISUGARUM. Quantum ad primum, eligantur sanguisuge de aqua clara, non de lutosa, que carent multa limositate, que in ventre tendunt aliquantulum ad colorem epatis et in dorso sunt virides habentes virgulas rubeas longas et graciles et parva capita. Et caveatur ab eis, que sunt nigre supra dorsum et precipue que habent maculas rubeas in ventre, quia tales sunt venenose.

QUALITER SUNT SERVANDE, NE MORIANTUR. Tunc de secundo, qualiter debent conservari, ne moriantur. Ibi dicitur, quod in aqua, in qua infundatur sanguis agni vel huiusmodi, vel ponatur in aqua lenticula cum aliis herbis aquaticis.

DE LOCO APPOSITIONIS EARUM. Et tunc de tercio, de loco appositionis earum. Est sciendum, quod ante appositionem debent servari ieiune per unam diem vel amplius, et antequam apponantur, laventur cum vino, ut earum limositas removeatur. Et bonum est, ut locus prius fricetur, ut sanguis ad superficiem trahatur, et hoc in loco doloris et non in sano. Et bene valet, ut fiat linicio cum pasta circum circa locum prope, ubi debent applicari, ne sanguisuge tangant locum sanum, et ponantur super eas panniculi subtiles in aqua madefacti vel liniatur locus, ubi vis, ut sanguinem extrahant, cum lacte vel sanguine, quia cicius efectum suum perficient.

DE CASU EARUM. Tunc post sufficientem attractionem si vis, ut cadant, tunc superaspergatur sal, calx aut cinis vel pulvis super capita earum. Et post casum earum locus, ubi posite fuerant, prematur et sanguis currere permittatur vel apponatur ventosa, quia plus attraxerunt, quam fuit evacuatum. Et si post hoc adhuc sanguis flueret, restringatur cum pulvere recentis tegule et gallarum.

Et ultimo sit ille sic minutus in aliquali quiete et caveat a replecione. Et hec pro hac materia sufficiant pro presenti.

IV. LATINSKÁ STREDOVEKÁ PRÓZA ZO SLOVENSKA

Listina uhorského kráľa Ladislava I. z roku 1281.

Diplomatický prameň. Ide o metačnú listinu, ktorou sa vymedzuje majetok.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presens scriptum

inspecturis salutem in salutis largitore. Regali dignum est et expediens eos, qui in serviciis dominicis diucius se exercent, munificencia gratulari, ut eo amplius ipsorum

exemplo ceteri invitati ad maiora fidelitatis studia perducantur, discantque suo naturali domino efficacius aderere. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire,

quod accedens ad nostram presenciam comes Petrus, filius comitis Myko terram cuiusdam ville Gay vocate, existentem in comitatu de Turch, humiliter supplicando a nobis sibi

dari postulavit. Et quia super facto dicte terre nobis plena non inerat certitudo, fidelibus nostris preposito et conventui de Turch dedimus in mandatis, ut Nicolao comiti de Zolum unum

ex ipsis virum ydoneum darent pro testimonio, coram quo idem comes Nicolaus convocatis vicinis et commetaneis ipsius terre, predictam terram statueret eidem comiti Petro, si non

foret contradictum ad nostram presenciam contradictores ad terminum competentem evocando, qui demum nobis rescripserunt, quod dum eodem comite Nicolao unum ex ipsis virum ydo-

neum pro testimonio destinassent, et ipse comes Nicolaus predictam terram convocatis vicinis et commetaneis eiusdem terre dicto comiti Petro statuisset nullo penitus contradictore ex-

istente. Nos igitur, qui ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, considerantes multiplices et laudabiles famulatus ipsius comitis Petri, que nobis cum

summa laude virtutum fideliter exhibuit et deuote, in recompensacionem fidelium et laudalium [laudabilium] serviciorum ipsius comitis Petri predictam terram cum omnibus utilitatibus et per-

tinenciis suis universis eidem comiti Petro et suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus contulimus atque tradidimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, inducente eciam

nos et movente ad collacionem predictae terre faciendam donacio seu tradicio cuiusdam equi scevi coloris alti precii, quem regie aptum et congruum maiestati ab eodem

recepimus, ipso eodem nostre voluntati et petitioni in tradicionem ipsius equi cum liberalitate fideliter occurrente. Cuius quidem terre mete, prout in litteris prepositi et conventus vidi-

mus contineri, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit a parte orientali inter alpes a capite fluvii Bystricha, inde per silvas veniet ad locum, qui dicitur Tempnekut, hinc descen-

dit ad arborem piri usque metas ville Nodser, inde descendit per viam ad arborem tulgufa vocatam, inde per antiquam viam limosam descendit usque magnam viam, que est prope ecclesiam

beati Michaelis ad iacturam lapidis, ibi saliendo ipsam viam in longitudine unius iugeris cadit ad fluvium Gornonicha, hinc ascendit ad meridiem per ipsum fluvium Gornonicha vadit ad

calidam aquam Toplucha vocatam ; inde eciam per fluvium Gornonicha parum ascendendo exit ad occidentem et vadit ad magnam viam, et ibi tenet metas cum villa Cosmas, ibidem

saliendo ipsam viam per metas et terminos vadit ad rivulum Bukuyna vocatum, inde vadit ad partem meridionalem ad siluam ad locum Wezueres vocatum, deinde va-

dit ad alpes; hinc per silvam revertitur ad priorem locum ad caput fluvii Bystricha, et sic terminantur mete terre supradicte. Et ut nostre huius donacionis series robur

optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Bartholomey, aule nostre vicecancellarii di-

lecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo CCo octuagesimo primo, IIIto nonas ianuarii, regni autem nostri anno nono, indiccione nona.

V. LATINSKÁ STŘEDOVĚKÁ POEZIE EVROPY

1. Alkuin (Alcuinus, * po 730, † 804), *O mea cella – Ó moje celo*

Alkuin, kterého jsme již zmiňovali v souvislosti s reformním úsilím Karla Velikého, psal kromě prozaických textů také básně. Psaní poezie bylo oblíbenou zálibou všech učenců, kteří na dvoře Karla Velikého působili, a po jejich vzoru se psaní poezie věnovali také jejich žáci. Z 9. století tedy uvádíme hned několik básnických kusů, dobře ilustrujících obsahovou i formální různorodost dobové poezie.

Edice: *Monumenta Germaniae historica. Poetae Latini medii aevi I.*, ed. Ernst Dümmler, München 1978, s. 243–244.

O mea cella, mihi habitatio dulcis, amata,
Semper in aeternum, o mea cella, vale.
Undique te cingit ramis resonantibus arbor,
Silvula florilegis semper onusta comis.
Prata salutiferis flore bunt omnia et herbis,
Quas medici quaerit dextra salutis opet.
Flumina te cingunt florentibus undique ripis,
Retia piscator qua sua tendit ovans.
Pomiferis redolent ramis tua claustra per hortos,
Lilia cum rosulis candida mixta rubris.
Omne genus volucrum matutinas personat odas,
Atque creatorem laudat in ore deum.
In te personuit quondam vox alma magistri,
Quae sacro sophiae tradidit ore libros.

In te temporibus certis laus sancta tonantis
 Pacificis sonuit vocibus atque animis.
 Te, mea cella, modo lacrimosis plango camaenis,
 Atque gemens casus pectore plango tuos.
 Tu subito quoniam fugisti carmina vatium,
 Atque ignota manus te modo tota tenet.
 Te modo nec Flaccus nec vatis Homerus habebit,
 Nec pueri musas per tua tecta canunt.
 Vertitur omne decus secli sic namque repente,
 Omnia mutantur ordinibus variis.
 Nil manet aeternum, nihil immutabile vere est,
 Obscurat sacrum nox tenebrosa diem.
 Decutit et flores subito hiems frigida pulcros,
 Perturbat placidum et tristior aura mare.
 Qua campis cervos agitabat sacra iuventus,
 Incumbit fessus nunc baculo senior.
 Nos miseri, cur te fugitivum, mundus, amamus?
 Tu fugis a nobis semper ubique ruens.
 Tu fugiens fugias, Christum nos semper amemus,
 Semper amor teneat pectora nostra dei.
 Ille pius famulos diro defendat ab hoste,
 Ad caelum rapiens pectora nostra, suos;
 Pectore quem pariter toto laudemus, amemus;
 Nostra est ille pius gloria, vita, salus.

2. Hrabanus Maurus (Rabanus; * cca 780, † 856),
Aeterne rerum conditor – Věčný stvořitel všech věcí

Hrabana Maura jsme již zmiňovali jako autora významné encyklopedie. Stejně jako jiní autoři té doby se však věnoval i psaní poezie, jak příležitostné, tak i duchovní. Nejvíce se nepochybně proslavil svou figurální poezií. Ukázka je z dlouhého básnického komentáře (100 strof) ke slavnému irskému hymnu *Altus prosator*.

Edice: *Monumenta Germaniae historica. Poetae Latini medii aevi II*, ed. Ernst Dümmler, München 1978, s. 197–204.

- 1 Aeterne rerum conditor,
 Et clarus mundi formator,
 Deus in adiutorium
 Intende tu humilium;
 Cordeque tibi deuotum,
 Festina in auxilium.

- 2 Da mentis fida regmina,
 Ac uerbi clara munera;
 Da uota cordis optima,
 Et facti dona plurima;
 Sensum corde purissimum,
 Famen ore pacificum.

- 3 Vt tuam laudem fame
 In primis possim dicere,
 Magnam, miram ac praeclaram,
 Digna uoce iustissimam;
 Meaeque sim miseriae
 Compunctus memor ultimae.

- 4 Deus salus credentium,
 Deus uita uiuentium,
 Deus deorum omnium,
 Deus et princeps principum,
 Deus summus amabilis,
 Deus inaestimabilis.

- 5 Altus prosator, uetustus
 Dierum, et ingenitus,
 Eras absque origine
 Primordii et crepidine:

Qui es, eris in saecula
Saeculorum infinita.

- 6 Cui est unigenitus
Christus proles carissimus
Dicentis de corde uerbum,
Satum ante Luciferum;
Coaeternus in gloria
Deitatis perpetua.
- 7 Cum quo simul et filio
In sempiterno saeculo
Spiritus sanctus aequalis
Regnat, et honorabilis
In eadem substantia
Deus manens per saecula.
- 8 Non tres deos, nec profero,
sed unum deum praedico,
salva fide in personis
tribus gloriosissimum
sumum, iustum, rectissimum,
super omnes mitissimum.

3. Walafrid Strabo (Walahfridus; * 808/9, † 849), *De cultura hortorum* – *O zahradnictví*, cap. 9, 16

Walafrid byl Hrabanovým žákem, působil jako vychovatel na dvoře Ludvíka Pobožného a poté byl opatem v klášteře Reichenau. Jeho vrcholným dílem je hexametrická skladba *De cultura hortorum*, v níž popisuje léčivé účinky 24 bylin, z velké části založené na vlastních zkušenostech.

Edice: WALAHFRID STRABO, *De cultura hortorum (Hortulus): lateinisch – deutsch*, ed a překl. Otto Schönberger, Stuttgart: Reclam 2003.

De cultura hortorum: eine Gartenfibel in Gedichtform: latein – deutsch, překl. a ed. Otto Schonberger, Darmstadt: Schneider 2017.

Překlad: WALAHFRID STRABO, *De cultura hortorum. O zahradnictví*, překl. Jakub Šimek, Uherský Brod 2005.

IX. *Foeniculum*

Nec maratri taceatur honor, quod stipite forti
Tollitur, et late ramorum brachia tendit,
Dulce satis gustu dulcem satis addit odorem.
Hoc oculis, quos umbra premit, prodesse locuntur,
Huius item semen foetae cum lacte capellae
Absumptum ventris fertur mollire tumorem
Cunctantisque moras dissolvere protinus alvi.
Praeterea radix maratri commixta liquori
Lenaeo tussim percepta repellit anhelam.

XVI. *Menta*

Nec mihi defuerit vulgaris copia mentae
Multa per et genera et species diversa coloresque
Et vires: huius quoddam genus utile vocem
Raucisonam claro rursus redhibere canori
Posse putant, eius sucos si fauce vorarit
Ieiuna, quem crebra premens raucedo fatigat.
Est aliud praepingue genus huiusce fructecti,
Quod iam non parvi diffundat germinis umbras,
Celsa ebuli sed more petens a stipite forti
Undique maiores foliorum prorogat alas,
Quis odor alter inest pauloque immitior haustus.
Sed si quis vires speciesque et nomina mentae
Ad plenum memorare potest, sciat ille necesse est,

Aut quot Eritreo volitent in gurgite pisces,
Lemnius aut altum quot in aera Mulcifer ire
Scintillas vastis videat fornacibus Aetnae.

4. *Carmina Burana*, *Carmina moralia* 16

Sbírka *Carmina Burana* je nejznámějším souborem středověké poezie. Obsahuje především básně na různé světské náměty, ale i poezii duchovní. Označení má podle bavorského kláštera Benediktbeuern, kde býval rukopis z druhé čtvrtiny 13. století kdysi uložen. Skladby jsou však různého původu i datace, některé sahají až do 11. století. Ze sbírky předkládáme čtyři ukázky, v této první si autor stěžuje na vrtkavost osudu.

Edice: *Carmina Burana*, ed. Günter Bernt/Alfons Hilka/Otto Schumann, München 1979.

Carmina Burana: lateinisch – deutsch. Gesamtausgabe der mittelalterlichen Melodie mit den dazuhörigen Texten, ed. René Clemencic/Michael Korth/Ulrich Müller, München 1979.

Carmina Burana. Texte und Übersetzungen mit den Miniaturen aus der Handschrift und einem Aufsatz von Peter und Dorothee Diemer, ed. Benedikt Konrad Vollmann, Frankfurt am Main 2011. (1. vyd. 1987)

Carmina Burana, ed. a překl. David A. Traill, Cambridge, Massachusetts 2018.

1. Fortune plango vulnera
stillantibus ocellis,
quod sua michi munera
subtrahit rebellis.
verum est, quod legitur
fronte capillata,
sed plerumque sequitur
Occasio calvata.

2. In Fortune solio
sederam elatus,

prosperitatis vario
flore coronatus;
quicquid enim florui
felix et beatus,
nunc a summo corru
gloria privatus

3. Fortune rota volvitur:
descendo minoratus;
alter in altum tollitur;
nimis exaltatus
rex sedet in vertice -
caveat ruinam!
nam sub axe legimus
Hecubam reginam

5. *Carmina Burana, Carmina amatoria 76*

Jako další báseň ze souboru *Carmina Burana* nabízíme skladbu s milostným námětem. Její autor podrobně popisuje, co se s ním dělo při návštěvě nevěstince a vtipně čtenáře varuje před nástrahami, které tam na něho číhají.

1. Dum caupona verterem vino debachatus,
secus templum Veneris eram hospitatus.
solus ibam, prospere vestibus ornatus,
plenum ferens loculum ad sinistrum latus.

2. Almi templi ianua servabatur plene;
ingredi non poteram, ut optavi bene.
intus erat sonitus dulcis cantilene;
estimabam, plurime quod essent Sirene.

3. Cum custode ianue parum requievi;
erat virgo nobilis, pulchra, statu brevi.

secum dans colloquia in sermone levi
tandem desiderium intrandi explevi.

4. In ingressu ianue sedens invitatus
ab hac pulchra virgine sum interrogatus:
„unde es, o iuvenis, hucce applicatus?“
cui dixi: „domina, vestri comitatus.“

5. „Que est causa, dicito, huc tui adventus?
qualis ad hec litora appulit te ventus?
duxit te necessitas et tua iuventus?“
dixi: „necessario venio detentus.

6. Intus et exterius asto vulneratus
a sagitta Veneris; ex quo fui natus,
telum fero pectore nondum medicatus.
cursu veni tacito, quo sim liberatus.

7. Incessanter rogo te, virgo tu beata,
ut hec verba Veneri nunties legata.“
ipsa, mota precibus, fortiter rogata,
nuntiavit Veneri verba destinata:

8. „Secretorum omnium salus o divina,
que es dulcis prepotens amoris regina,
egrum quendam iuvenem tua medicina
procurare studeas, obsecro, festina!“

9. Iussu sacre Veneris ductus in conclavi,
cernens eius speciem fortiter expavi.
flexis tandem genibus ipsam salutavi,
„salve,“ dicens, „inclita Venus, quam optavi!“

10. „Quis es,“ inquit, „iuvenis, qui tam bene faris?
quid venisti, dicito! quomodo vocaris?“

es tu forte iuvenis ille dictus Paris?
ista de quo retulit, cur sic infirmaris?“

11. „Venus clementissima, felix creatura,
cerno, quod preterita noscis et futura.
ipse sum miserrimus, res iam peritura,
quem sanare poteris tua levi cura.“

12. „Bene,“ inquit, „veneris, noster o dilecte
iuvenis! Aptissime sodes nostre secte.
si tu das denarios monete electe,
dabitur consilium salutis perfecte.“

13. „Ecce,“ dixi, „loculus extat nummis plenus.
totum quippe tribuam tibi, sacra Venus.
si tu das consilium, ut sat sim serenus,
tuum in perpetuum venerabor genus.“

14. Ambo iunctis manibus vivimus mature,
ubi stabant plurime belle creature.
omnes erant similes, unius nature
et unius habitus atque vestiture.

15. Nobis propinquantibus omnes surrexere.
quas ut salutavimus, responsum dedere:
„bene vos veneritis! velitis sedere!“
Venus inquit: „aliud volumus explere.“

16. Innuens his omnibus iubet ire cito.
pariter remansimus in loco munito
solis quiescentibus; strato redimito
plura pertractavimus sermone polito.

17. Exuit se vestibus genitrix Amoris,
carnes ut ostenderet nivei decoris.

sternens eam lectulo fere decem horis
mitigavi rabiem febrici doloris.

18. Postmodum transivimus ire balneatum
in hortanum balneum Iovi consecratum.
huius aqua balnei me sensi purgatum
omnibus languoribus beneque piatum.

19. Ultra modum debilis, balneo afflictus,
fame validissima steteram astrictus.
versus contra Venerem „quasi derelictus,“
dixi „vellem edere, siquis inest victus!“

20. Perdices et anseres ducte sunt coquine,
plura volatilia, grues et galline;
pro placentis ductus est modius farine.
preparatis omnibus pransus sum festine.

21. Tribus, reor, mensibus secum sum moratus,
plenum ferens loculum fui vir ornatus;
recedens a Venere sum nunc allevatus
nummis atque vestibus; sum sic pauperatus.

22. Terreat vos, iuvenes, istud quod auditis!
dum sagittam Veneris penes vos sentitis,
mei este memores! vos, quocumque itis,
liberi poteritis esse, si velitis.

6. *Regimen sanitatis Salernitanum*, praef., cap. 3, 4, 6–8, 10–13, 15

Dlouhá naučná báseň o životosprávě označovaná jako *Regimen salernské školy* patřila ke středověkým čtenářským best-sellerům. Dříve se mylně považovala za skladbu, která vznikla na lékařské škole v Salernu ve 12. století. Počet veršů skladby byl značně proměnlivý. Její nejrozšířenější verze má

přes 350 hexametřů a bývá tradičně považována za redakci Arnalda z Villa Novy, významného učitele lékařství v Montpellier na přelomu 13. a 14. století.

Edice: *Regola Sanitaria Salernitana: Regimen Sanitatis Salernitatum*, překl. Fulvio Gherli, Salerno 1959.

Regimen sanitatis: flos medicinae scholae Salerni, Andrea Sinno, Milano 1987.

Flos medicine (Regimen sanitatis salernitatum), ed. a překl. Virginia de Frutos Gonzáles, Valladolid 2010.

Praefatio

Anglorum regi scribit schola tota Salerni:
si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
curas tolle graves, irasci crede profanum,
parce mero, cenato parum, non sit tibi vanum
surgere post epulas, somnum fuge meridianum,
non mictum retine, nec comprime fortiter anum:
haec bene si serves, tu longo tempore vives.
si tibi deficient medici, medici tibi fiant
haec tria, mens laeta, requies, moderata diaeta.

...

III *De somno meridiano*

Sit brevis aut nullus tibi somnus meridianus.
febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus:
haec tibi proveniunt ex somno meridiano.

IV *De vento in ventre retento*

Quattuor ex vento veniunt in ventre retento:
spasmus, hydrops, colica, vertigo, quattuor ista.

...

VI *De bibendo*

Tu rex, quando bibis, numquam haustu satiaris,
saepe parum bibe quod satis est nec te sitis urat.

quod satis immo quod minus est sapientia curat.
quantuncumque potes parce post balnea potes.

VII *De cena*

Ex magna cena stomacho fit maxima poena.
ut sis nocte levis, sit tibi cena brevis.

VIII *Quomodo tibi comedandum est*

Tu numquam comedas, stomachum nisi noveris esse
purgatum vacuumque cibo, quem sumpseris ante.
ex desiderio poteris cognoscere certo;
haec tua sunt signa, subtilis in ore diaeta.

...

X *De cibis valituris*

Ova recentia, vina rubentia, pingua iura,
cum similia pura, naturae sunt valitura.

XI *De cibis nutritivis*

Nutrit et impinguat triticum, lac, caseus infans,
testiculi, porcina caro, cerebella, medullae,
dulcia vina, cibus gustu iucundior, ova
sorbilia, maturae ficus uvaeque recentes.

XII *De vinis*

Vina probantur odore, sapore, nitore, colore.
si bona vina cupis, haec quinque probantur in illis,
fortia, formosa, fragrantia, frigida, frigida, frigida, frigida.

XIII *De vino candido et rubeo*

Sunt nutritiva plus dulcia candida vina.
si vinum rubeum nimium quandoque bibatur,
venter stipatur, vox limpida turbificatur.

...

XV *De aere*

Aer sit mundus, habitabilis ac luminosus,
nec sit infectus, nec olens foetore cloacae.

VI. LATINSKÁ STŘEDOVĚKÁ POEZIE BOHEMIKÁLNÍHO PŮVODU

1. *Versus de passione Sancti Adalberti* – Verše o utrpení svatého Vojtěcha, cap. XVI.

Veršovaná legenda, patřící do okruhu vojtěšských legend, vznikla v 1. pol. 12. století. Je psaná v daktylských hexametrech (jedná se tedy o hagiografický epos) a popisuje Vojtěchův život a mučednickou smrt na misi v Prusku na základě prozaické legendy, která vznikla velmi brzy po Vojtěchově smrti. Úryvek popisuje vstup Vojtěcha do kláštera sv. Alexia v Římě a zázraky, které tam učinil.

Edice a překlad: *Fontes rerum Bohemicarum*, I, ed. Josef Emler, překl. Josef Truhlář, Praha 1873, s. 313–334.

Překlad: Ferdinand Stiebitz, in: V. Chaloupecký, *Na úsvitu křesťanství*, Praha 1942.

Ferdinand Stiebitz, in: Oldřich Králík, *Nejstarší legendy přemyslovských Čech*, Praha 1969.

Ferdinand Stiebitz, in: Rostislav Nový a kol., *Slavníkovci ve středověkém písemnictví*, Praha 1987 (drobné úpravy Jany Zachové).

XVI.

Hic humilis quantum processit in ordine fratrum
Presul Adalbertus, non posset pandere Tullus.
Delicias carnis celestibus expulit armis,

Quitquid temptantum persensit mens viciorum,
 Non cessans patri profitetur spirituali,
 Tempore post paulo temptaminis imbre fugato,
 Nubibus ut uictis sol clarior exit aquosis,
 Optima sic solio fruges pereunte maligno
 Ad messem parua uirtutum creuit in hora.
 Sic fore subiectum cunctis preceperat illum
 Abbas, ut quo sciret, si factis dicta repenset,
 Staret ut illorum postremus in ordine fratrum;
 Seruet gallinas, lauet immundasque cloacas,
 Semper consimile daret obsequiumque culine,
 Ut humeris latices usus deferret in omnes.
 Hec presul sanctus dum perficit omnia letus,
 Cernens antiquus doluit seductor iniquus,
 Ut nunc occulta nunc uero temptat aperta,
 In Cristo firmam subuertere fraude columpnam.
 Nam semper caute cum sanctus presul ab amne,
 Siue mero plena deferret uitrea uasa,
 Hostis prefatus non cessat tendere lapsus,
 In partes illa perfringens fraude maligna.
 Hec dum persepe faceret, uicibus tot et ille
 Uir simplex corde perfunderet ora rubore,
 Ac ueniam flendo rogigaret corpore prono,
 Hostis confusus respexit ad hec furibundus.
 Ad mensam fratrum quadam cum forte dierum
 Plenum de uino ferret uas fusile uitro,
 Protinus offenso pede corruit in pauimento.
 Dat uas tinnitum percusso marmore magnum,
 Abbas quod longe residens cum fratribus ipse
 Audiit, et querit, quid contigerit, quia nescit,
 Quod res aduersa mutatur sepe secunda:
 Sic etenim plenum uas est sanumque repertum,
 Ac si tum nulla foret insuper acta ruina.

2. Žákovská poezie z rukopisu Státního okresního archivu v Třeboni A 7

Třeboňský rukopis A 7 z druhé poloviny 15. století je jedním z mnoha dochovaných autografů Oldřicha Kříže z Telče. Kodex je bohatým zdrojem jazykově české a latinské středověké poezie. První z vybraných skladeb má erotický námět a zpracovává téma manželské nevěry, druhá – z konce 14. století – je rozhovorem matky a dcery ohledně výběru správného ženicha.

Edice a překlad: *Zbav mě mé tesknosti*, ed. Milan Kopecký, překl. Rudolf Mertlík, Brno 1983, *Fuit una domina* s. 100–101, *Filia si vox tua*, s. 188–191 (ke starším edicím viz tamtéž s. 217, 226).

Samostatné překlady: *Středověké písně cechu žákovského*, překl. Radovan Krátký, Praha 1958, s. 96–97, 122–123; *Písně žáků darebáků*, překl. Rudolf Mertlík, Praha 19702, s. 237–239, 257–258; překlad skladby *Filia si vox tua* od R. Mertlíka vyšel také v souboru *Sestra múza*, uspořádala Anežka Vidmanová, Praha 1990, s. 444–446.

Alia cancio de una muliere

Fuit una domina,
valde pulcra femina.
Dum vir eius laborat,
clericum sibi advocat.

„O tu, bone clerice,
scis, quid debes facere:
mecum debes iacere,
nemini debes dicere.“

– Certe hoc non faciam,
quia perdam gráciam
a domino, quem diligo,
fidem sibi teneor.

„Emam tibi tunicam,
bracam et camisiam,
ocreas et caligas,
ut tu mecum iaceas.“

Audiens hoc clericus,
versus ab hominibus
intravit ad cameram
et plagavit dominam.

Venit hospes ad domum,
pulsavit ad hostium:
clericus perterritus
bracas fuit oblitus.

– Miserere mei deus,
miserere mei deus!
Iste lectus non est meus,
venit, cuius est proprius.

Filia, si vox tua

„Filia, si vox tua,
vellem te laudare,
curialem socium
vellem tibi dare.

Filia, vis militem
bene equitantem?“
„Nolo, mater cara,
nolo, mater cara,
quia non sum sana.

Milites in bello,
nunquam sunt in domo,
et eorum gladii,
et eorum gladii
semper sunt acuti.“

„Filia, vis monachum
bene kukulatum?“
„Nolo, mater cara,
nolo, mater cara,
quia non sum sana.

Monachi post primam
currunt ad coquinam,
panes eis dantur,
panes eis dantur,
caseum furantur.“

„Filia, vis rusticum
nigrum et turpissimum?“
„Nolo, mater cara,
nolo, mater cara,
quia non sum sana.

Rustici quadrati
semper sunt irati,
et eorum corda,
et eorum corda
nunquam letabunda.“

„Filia, vis clericum
bene literatum?“
„Nolo, mater cara,
nolo, mater cara,
quia non sum sana.

Clericorum pueri
semper sunt superbi,
et eorum matres,
et eorum matres
dicuntur metrices.“

„Filia, vis scolarem
bene literatum?“
„Volo, mater cara,
volo, mater cara,
quia iam sum sana.“

3. Bartoloměj z Chlumce (řečený Klaret, Bartholomaeus de Solencia, dictus Claretus; † asi 1370), *Complexionarius*, proemium

Klaret je autorem několika veršovaných latinsko-českých slovníků a naučných latinských básní. V jedné z nich – *Komplexionáři*, obsahujícím téměř 950 leoninských hexametřů, dává Klaret poučení o čtyřech základních komplexích lidského těla (sanguinické, melancholické, flegmatické, cholerické). Spis vznikl někdy před rokem 1366, z něhož pochází starší ze dvou celkem dochovaných rukopisů, a zřejmě byl původně určen pro žáky klášterní školy v Opatovicích. Je věnován bratru Marianovi.

Edice: *Klaret a jeho družina*, I., ed. Václav Flajšhans. Praha 1926, s. 206–240.

<I.>

<Proemium>

<1.>

O bone germane, si poscis vivere sane,
Hec precepta tene, firmans ea pectore plene:
Nam Deus ipse dedit vitam, quam mens mala ledit,
Pastus optando nimios, se peste gravando.
Hinc Deus in rebus vim liquit et in speciebus, 5
Per quas sanatur animal, corpus medicatur.

Non tamen inpone spem rebus ea racione,
 Sed magis in Christum, quia stat mors, vita per istum:
 Vita resurgendo data, perdita mors moriendo.
 Hunc pete, quod deditam prolongaret tibi vitam. 10
 <2.>

Optima doctrina cunctis fit ad hoc medicina,
 Que corpus sanat, anime mores quoque planat;
 Si te non noscis, frustra sanus fore poscis;
 Nam spernit medicus te sepe videre pudicus.
 Noscito naturam nocuam tibi vel placituram; 15
 Mox te curabis solus morbosque fugabis.
 <3.>

Sex debent esse, que sunt tibi scire necesse:
 Res, elementa, cadens humor, complexio vadens,
 Quatuor hic partes anni cum mensibus artes.
 Hec quia si nosses, te solum noscere posses 20
 Et mala vitares, bona plurima semper amares. –
 Hec lege non spernens, medicinam pectore cernens.

4. Jan z Jenštejna (Johannes de Jenstein; * 1350, † 1399),

Dic quenam doctrina – O neposkvrněném početí

Arcibiskup Jan z Jenštejna je nejvíce oceňovaným autorem duchovní lyriky českého středověku (dochovaly se od něho sekvence, tropy, hymny i kantilény). V kantiléně *Dic quaenam doctrina* Jenštejn prohlašuje, že sedm svobodných umění není s to vysvětlit Kristovo vtělení a neposkvrněné početí, tedy tajemství, do kterého může proniknout jen teologie.

Edice: *Die Hymnen Johannis von Jenstein, Erzbischofs von Prag*, ed. Guido Maria Dreves, Prag 1886, s. 99–100.

Překlad: Václav Bahník, in: *Sestra Múza*, uspořádala Anežka Vidmanová, Praha 1990, s. 439–440.

Dic quaenam doctrina

1. Dic quaenam doctrina

De natione mira

Probat, rabbi, incipe,

Haec alta divina.

2. Quot artes liberales,

Septem aut plurales,

Ut probent virginem parere,

Hic sunt inaequales.

3. Grammatica infantum

Dat alimenta tantum,

Quid haec prosunt parvula

Ad partus documentum.

4. Rhetorica decore

In remisto sermone

Non partum hunc sublimem

Tali probat lepore.

5. Logica in sermone,

Sermocinatione,

Nil fari ineffabilem

Vult garrulatione.

6. Musica ignotum

Nam tibi exstat totum,

In harmonia jubiles

Est verbum caro factum.

7. Geometria mensuris

His prae vanis curis

Immensum quid metiris

In lineis obscuris.

8. Astronomia motus

Poli non capit, totus

Nam virginis alvulus

Hunc suscipit devotus.

9. Arithmetica pari

Quid certas vel impari,

Qui ab aeterno natus est.

Non potest numerari.

10. Sola theologia

Demonstrat haec vera,

Cujus fidem simpliciter,

Non in sua, veraciter

Mente crede sincera.

VII. LATINSKÁ STREDOVEKÁ POÉZIA ZE SLOVENSKA

1. ... Anonym: *De profundis tenebrarum*, *Monuments of Medieval Liturgical Poetry in Hungary, Sequences*, ed. Andrea Kovács, Budapest 2017, p. 146,

V uhorskom prostredí, do ktorého patrilo aj územie dnešného Slovenska, sa stredoveká poézia prejavovala predovšetkým v liturgickej podobe. Vzniklo množstvo diel, ktoré natrvalo zostali súčasťou liturgických obradov. Existuje niekoľko anonymných zbierok, z jednej z nich pochádza aj nasledujúca sekvencia, ktorá je relevantnou ukázkou uhorskej stredovekej poézie.

Text: Anonym: *De profundis tenebrarum*, *Monuments of Medieval Liturgical Poetry in Hungary, Sequences*, ed. Andrea Kovács, Budapest 2017.

Preklad: *Monuments of Medieval Liturgical Poetry in Hungary, Sequences*, ed. Andrea Kovács, Budapest 2017, s. 146.

De profundis tenebrarum

Mundo lumen exit clarum

Et scintillat hodie:

Olim quidem vas erroris,

Augustinus vas honoris

Datus est ecclesiae.

Verbo Dei dum oboedit,
Credidit errans et accedit
Ad baptismi gratiam,
Quam in primis tuebatur,
Verbis, scriptis execratur
Erroris fallaciam.

Firmans fidem, formans mores
Legis sacrae perversores
Verbi necat gladio:
Obmutescit Fortunatus,
Cedunt Manes et Donatus
Tantae lucis radio.

Mundus marcens et inanis
Et doctrinis tritus vanis
Per pestem haereticam
Multum coepit fructum ferre,
Dum in fines orbis terrae
Fidem sparsit unicam.

Clericalis vitae formam
Conquadravit iuxta normam
Coetus apostolici,
Sui quippe nil habebant
Tamquam suum, sed vivebant
In commune clerici.

Sic multorum pro salute
Diu vivens in virtute
Bona tandem senectute
Dormivit cum patribus;
In extremis nil legavit,
Qui nil suum aestimavit,

Immo totum reputavit
Commune cum fratribus.

Salve, gemma confessorum,
Lingua Christi, vox caelorum, S
criba vitae, lux doctorum,
Praesul beatissime!
Qui te patrem venerantur,
Te doctore consequantur
Vitam, in qua gratulantur
Beatorum animae.

VIII. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ PRÓZA EVROPY

1. Erasmus Rotterdamský (Desiderius Erasmus Roterodamus; * 1466, † 1536), *Colloquia familiaria – Důvěrné hovory, Uxor Μεμψίγαμος, sive Coniugium* – rozhovor Xantippy a Eulálie

Z bohaté tvorby předního evropského humanisty Erasma Rotterdamského si představíme roztomilý rozhovor dvou žen o manželství, z nichž jedna druhé radí, jak si má počínat, aby byla se svým mužem šťastná. Rozhovor (*dialogus, colloquium*) patřil jak ve středověku, tak v období humanismu k velmi oblíbeným literárním formám.

Erasmus Rotterdamský (Desiderius Erasmus Roterodamus; * 1466, † 1536), *Encomium Moriae – Chvála bláznivosti*

K nejnámějším Erasmovým textům patří satirický monolog bohyně Bláznivosti z roku 1509, která se vysmívá lidské hlouposti a nedokonalosti a snaží se dokázat, že jediným zdrojem štěstí v životě je ona sama. Vysmívá se určitým skupinám v lidské společnosti, jako jsou např. představitelé církevní a světské moci, vojáci či učenci. Ukázka je věnována neschopnosti a nepoužitelnosti učenců jak ve veřejném, tak soukromém životě.

Edice: ERASMUS VON ROTTERDAM, *Morias egkomion sive laus stultitiae*, in: *Carmina selecta. Ausgewählte Schriften*, Darmstadt 20164.

DESIDERIUS ERASMUS, *Moriae encomium id est stultitiae laus*, in: *Opera omnia Desiderii Erasmi Roterodami, ordinis 4, t. 3.*, Leiden 1979.

ÉRASME DE ROTTERDAM, *Éloge de la folie. Μωρίας Εγκώμιον. Moriae encomium*, ed. Jean Christophe Saladin, Paris 2018.

Překlad: *Erasma Rotterdamského Chvála bláznovství*, překl. Řehoř Hrubý z Jelení, Praha: Nákladem Františka Řivnáče 1864 (Pragopress 1969).

ERASMUS ROTTERDAMSKÝ, *Chvála bláznovství*, překl. Jaroslav Dvořáček, Praha 1912?.

ERASMUS ROTTERDAMSKÝ, *Chvála bláznivosti*, překl. Rudolf Mertlík, Praha 2008.

... Sed consilium, inquit, in bellis plurimum habet momenti. Equidem fateor, in duce; verum id quidem militare, non philosophicum; alioqui parasitis, lenonibus, latronibus, sicariis, agricolis, stupidis, obaeratis, et huiusmodi mortalium faece res tam praeclara geritur, non philosophis lucernariis.

Qui quidem quam sint ad omnem vitae usum inutiles, vel Socrates ipse, unus Apollinis oraculo sapiens, sed minime sapienter iudicatus, documento esse potest, qui nescio quid publice conatus agere, summo cum omnium risu discessit. Quanquam vir is in hoc non usquequaque desipit, quod sapientis cognomen non agnoscit, atque ipsi deo rescribit, quodque censet sapientia a Rep. tractanda abstinendum esse, nisi quod potius monere debuerat, a sapientia temperandum ei, qui velit in hominum haberi numero. Deinde quid eundem accusatum ad cicutam bibendam adegit, nisi sapientia? Nam dum nubes et ideas philosophatur, dum publicis pedes metitur, dum culicum vocem miratur, quae ad vitam communem attinent, non didicit. Sed adest praeceptorum de capite periclitanti discipulus Plato; egregius scilicet patronus, qui, turbae strepitu offensus, vix dimidiatam illam periodum pronunciare potuit. Iam quid dicam de Theophrasto? qui progressus in concionem repente obmutuit, perinde repente quasi lupo conspecto. Qui militem animasset in bello, Isocrates ob ingenii timiditatem nec hiscere unquam est ausus. M. Tullius, eloquentiae Romanae parens, semper indecora trepidatione, perinde quasi puer singultiens, exordiri consuevit; idque Fabius interpretatur cordati oratoris et periculum intelligentis argumentum. Verum quum hoc dicit, an non palam fatetur, sapientiam obstare ad rem

probe gerendam? Quid isti facient, quum res ferro geritur, qui tum metu exanimantur, quum nudis verbis est decertandum? Et post haec celebratur, si diis placet, praeclara illa Platonis sententia, beatas fore respublicas, si aut imperent philosophi aut philosophentur imperatores. Imo si consules historicos, reperies nimirum nullos reipublicae pestilentiores fuisse principes, quam si quando in philosophastrum aliquem aut litteris addictum incidit imperium. Cuius rei satis, opinor, faciunt fidem Catones: quorum alter insanis delationibus Reipublicae tranquillitatem vexavit, alter libertatem Populi Romani, dum nimium sapienter vindicat, funditus subvertit. Adde his Brutos, Cassios, Gracchos, ac Ciceronem etiam ipsum, qui non minus pestilens fuit Romanorum Reipub., quam Demosthenes Atheniensium. Porro M. Antoninus, ut donemus bonum imperatorem fuisse (nam id ipsum extorquere possim; fuit enim hoc ipso nomine gravis atque invisus civibus, quod tam philosophus esset. Sed tamen ut donemus fuisse bonum,) at certe pestilentior fuit Reipublicae, tali relicto filio, quam fuerat sua administratione salutaris. Quandoquidem solet hoc hominum genus, qui se sapientiae studio dederunt, quum ceteris in rebus, tum precipue in liberis propagandis infelicissimum esse, providente opinor natura, ne malum hoc sapientiae inter mortales latius serpat. Itaque Ciceroni degenerem fuisse filium constat, et sapiens ille Socrates liberos habuit matri similiores quam patri, ut non omnino pessime scripsit quidam, id est, stultos.

IX. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ PRÓZA BOHEMIKÁLNÍHO PŮVODU

1. Bohuslav Hasištejnský (Bohslaus Hassensteinus a Lobkowicz; * 1461, † 1510), korespondence, listy č. 94, 97, 164

Jako příklad humanistické epistolografie uvádíme tři krátké listy Bohuslava Hasištejnského z Lobkovic. První dva jsou adresovány Janu Šlechtovi ze Všehrd, synovci Viktorina Kornela ze Všehrd, který působil ve službách Vladislava II. Jagellonského a pobýval s ním v letech 1502 a 1503 v Budíně. Proto ho Bohuslav v listu č. 97 žádá (což činil ve svých listech opakovaně), aby mu opatřil jeden ze vzácných rukopisů budínské královské knihovny. List č. 94 zase odráží incident, k němuž došlo 6. 2. 1503 a který bývá označován jako tzv. krvavá svatba karlovarská. V ten den se vyhroutil dlouhodobý spor mezi městem Karlovy Vary a rodem Šliků, narušujícím privilegia města. Třetí list je pro Martina Pollicha a informuje ho o nově nalezeném prameni poblíž Prahy a jeho léčivých účincích.

Edice: *Bohslai Hassensteinii a Lobkowicz epistulae*, tom. II, ed. Jan Martínek, Dana Martínková, Leipzig 1980, s. 101, 104, 159–160.

Epist. 94. *Bohuslav Janu Šlechtovi (únor 1503 v Budíně)*

Ioanni Sslechtæ s. d.

Passus sum hac nocte febriculam levem, quae, ut spero, diligenti cura atque abstinentia facile evanescet. nolui tamen ad te in hac aeris intemperie venire, ne ex scintilla incendium exuscitem, sed precor, ut ad me hodie cenatum venias, quo ad rebus partim ad rem publicam, partim ad privatos

pertinentibus libere colloqui possimus. id propterea scribo, quoniam affinis meus Plawensis mirabilia monstra ad me scribit, quae, ut ego arbitror, etiam ad regiam maiestatem scripsit. duces autem tecum nostrum mareschalcum, quem quia amantissimum patriae mihi esse persuadeo, consiliis nostris interesse facile pati possum. vale.

Undique finitimi consurgunt, Sslechta, tumultu
et premitur semper patria nostra gravi.
aut igitur patriae linquenda domestica lis est,
aut magnum nobis imminet exitium.

Epist. 97 *Bohuslav Janu Šlechtovi (1503–1504)*

Ioanni Sslechtae s. p. d.

Petivi a regia maiestate Vitas Plutarchi Graecas quatuor voluminibus inclusas et, quoniam nihil respondit, negatum mihi putavi. sed quia proverbium est regum mentes simul cum aere mutari, rogo, si quando mei mentio orta fuerit, ne occasione desis, quandoquidem melius arbitror eadem volumina apud me esse, quam illic squalere in pulvere et a tineis corrodi. hoc mihi inpraesentia nihil gratius facere potes, quodsi quis procerum nostrorum Budae erit, quem mihi nonnihil affectum arbitraveris, non absurdum fortassis erit eius opera uti. sed haec omnia tuo iudicio relinquo. hic mirabilia de motibus Pannoniae et pontificum procerumque contentione dicuntur. ea precor ut ad me scribas et, quae celari volueris, facito, ut cognoscam, quoniam optima fide celabuntur ** vale.

2. Augustin Olomoucký (Augustinus Olomucensis; * 1467, † 1513),

Dialogus in defensionem poetices – Dialog na obranu básnictví

Augustin patřil k učencům raného moravského humanismu, kteří se soustředili kolem olomouckého biskupa Stanislava Thurza. Věnoval se historii, astronomii, napsal i několik náboženských spisů. Ukázka pochází z jeho díla *Dialogus in defensionem poetices*, v němž píše o potřebě a užitečnosti poezie (i vědění). Spis má formu dialogu, v němž jsou hlavními postavami Laelius a Augustin a vedou spor o to, zda má vyšší hodnotu poezie nebo medicína. Laelius hájí medicínu, Augustin poezii.

Edice: *Augustini Olomucensis Dialogus in defensionem poetices*, ed. Karel Svoboda, Praha 1948.

Překlad: AUGUSTIN OLOMOUCKÝ, *Obrana básnictví 1492*, překl. Jana Nechutová, Brno 1987.

Dialogus

Laelius, Augustinus, Bassareus, Interlocutores

Lae. Salue, Augustine!

Au. Hem quam exoptate qui mihi saeculum abfuisse uidebare!

Lae. Nunquam tamen tam opportune, quin adueniens inter Musarum choros te occupatum inueniam. Vel enim usque adeo nullam animo tuo intermissionem dare constituisti, nisi earum fontis omnes, Heliconae denique totum exorbeas.

Au. Quidni istuc inquam? Quid enim iucundius quam id ipsum otii quod honestis laboribus conceditur, inter haec studia consumere et duras animi sollicitudines, easque curas inter agendum incidunt, lepido isto fabellarum oblectamento emollire?

Lae. Atqui grauioribus id agendum putem, et quae institutioni humanae aliquatenus conducerent. Quid enim mihi afferet uel Thyphoeus uel Rhoetus? Quid Eurystheus, Pelops, Daphne, Hyppodame? Quid Minos et Rhadamanthus?, poetarum et pictorum (ut Cicero dicebat) portenta quaedam. Num enim moueat quenquam quod triceps apud inferos Cerberus fingatur, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis.

Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus?

Au. Quasi uero ea quae poetae iucundo isto figmentorum inuolucro obtinent, ita omnis rationis expertia existimes, ut praeter uerborum lenocinia nihil humanae institutioni relinquant?

Lae. Ita prorsus existimo.

Au. Videris de optimis ingeniiis male meritis, qui putes tot praeclarissimos homines uigilias suas et continuas animi contentiones ad solam uoluptatem retulisse, neque haec praeterquam oblectandis auribus tanto labore concinnasse.

Lae. Quapropter ut de iis fortiorem palaestram ingredi liceat, a Musis hisce tuis aliquantis per te reuoca! Nam et ratiocinabimur liberius, atque hanc

noc prouinciam insumpsisse, uel ipsa sententiarum disparitate non nihil iuuerit fortasse.

Au. Recte censes. Nanque et ipse id genus certaminis non unquam detrecandum existimaui. Ex eo enim cum ueritas eruitur, tum infirmiora alias ingenia hoc tanquam tyrocinio in uires suas ualidius animantur. Verum quoniam in tanta insultantium hominum frequentia uix euenire possit, ut libere mente et uiribus alterutro concertemus (quem enim populares hae turbae intra sese consistere permittant?), tuarum partium fuerit, locum huic nostrae disputationi commodum deligere, in quo indiuiduo contubernio philosophemur pariter, et ex ipsa loci amoenitate laxandis post animis non nihil etiam indulgeamus.

Lae. Id ipsum scilicet quaerebam, maxime uero quod amicum quendam tuum suscepisse te uiderim, hominem ut uidere tum mihi uisus sum haud inuenustulum, et ut ex uultu ipso coniectari licet, nec illepidum sane. Sed nostin pomerium illud, quod pone diuae Magdalenae phanum, paululum in meridiem flexum, deriuuium Medoaci orientem uersus recta transmittit?

Au. Optime.

Lae. Hoc mihi praeter caetera amoenius uisum, ubi et loci opacitas et aquae lene decurrentis adlapsus nos commodum inuitet.

Au. Ut lubet, inquam; caeterum quom habitiore sis corpore et uentre aliquanto proiectiore, uereor ne inter eundem (longiuscula enim uia est) tibi nouae aliquid molestiae inferas.

Lae. Atqui mirmicino (ut aiunt) gradu facile id ipsum quicquid est itineris superauerimus. Quod si me ea quam dicis corporis mole defatigauero, te ipso pro scipione utar.

Au. Ut uoles facito! Sed eccum, amicus noster dum progredimur opportune adproperat.

Lae. Illene quem nudiustertius ex itinere uenientem suscepas?

Au. Ille scilicet.

Lae. Tertiatos graditur pasus, ut iam timeam si hunc assciciemus, id quod de me ueritus es, medio uiae spatio deficiat.

Au. Nugaris. Salue, Bassareu!

**3. Jan Skála z Doubravky (Johannes Dubravius; * cca 1486, † 1553),
De piscinis – O rybnících, lib. V, cap. 8**

Jan Skála z Doubravky byl český historik a humanista, v letech 1541–1553 olomoucký biskup. Z jeho tvorby měl největší ohlas spis *De piscinis*, z něhož pochází následující ukázka o důvodech, proč cena kaprů stoupá, i když rybníků stále přibývá. Dubravius při psaní tohoto spisu vycházel i ze svých vlastních zkušeností, které získal při zakládání rybníků na biskupských statcích. Spis byl přeložen do angličtiny, polštiny a němčiny.

Edice: Jani Dvbravii Episcopi Olomvcensis De Piscinis Libri V. Helmestadii: Typis & sumptibus Henningi Mulleri Academiae Juliae Typographi, 1671. *Iani Dubravii De piscinis ad Antonium Fuggerum*, ed. Anežka Schmidtová, Praha 1953.

Překlad: JAN DUBRAVIUS, *O rybnících*, překl. Anežka Schmidtová, Praha 1953.

Cur fiat, ut auctis piscinis precium quoque Cyprinorum augeatur?

Causa ejus rei duplex esse putant, una domi nata altera peregrè allata; atque utraue (ut verum fateamur) producta ex gulæ intemperantia, quæ sicut nullum escariæ voluptati, ita nec sumtibus, quibus talis voluptas emitur, modum terminat. In delicijs autem epularum Cyprinum passim haberi, adeò jam lippis, quod dicitur, & tonsoribus notum est, ut ne ipsi quidem lippi & tonsores apud nos sine Cyprino lautiora ineant convivia. Ut primores populi taceam: qui eandem in jentacula prandia cœnas & commessationes distribuunt: simili intemperantia ipse populus utitur, mensasque suas Cyprino, quoties haberi potest, libentissimè onerat. Populum urbanum rustici sequuntur atque imitantur, eo potissimum tempore, quo nundinandi gratiâ oppida & vicos subeunt, non antea rus inde repetentes quam Cyprino eoque cariùs redempto ingluviem expleverint suam. Quasi nullus æque saperet, atque ille qui magno emptus est. Ita enim apud Martialem rustica quoque avis canit:

Rustica sum Perdic, quid refert, si sapor idem?

Carior est Perdix; sic sapit illa magis.

Domi igitur posteaquam tanta aviditate Cyprinus ab omnibus Ordinibus appetitur: quid mirum, si quantum fames ejus crescit, tantum quotidie in-
 crescat precium, certatim omnibus ad emendum eundem concurrentibus?

Quid deinde foris? nonne omnia fere per Germaniam superiorem diverti-
 cula Cyprinum apud nos emptum, non solum occupare, sed etiam pisces se
 nobiliores anteireprehendimus? Diverti jam pridem in oppidum Alpinum,
 cui Oeniponti vocabulum, ad hospitem: ab eodem exigens, ut mihi salares
 pisces ad cœnam apponeret. Ibi hospes: si piscium, inquit, desiderio teneris,
 aliquanto suaviores quam salares sint tibi statim exhibuero. Nec cunctatus
 affert Cyprinos, paulo ante ex Bohemiâ advectos, plenoque ore laudes
 eorum celebrat; nunc cum Carpionibus Benacinis nunc cum Salmonibus
 Rhenanis comparans. Me nihil plane adversante, quod de gloria meorum
 popularium agi videbam; interim tamen poscente, ut dilatis in crastinum
 Cyprinis, præsentem mihi cœnam additis salaribus accumularet. Paret
 hospes; cœnamque salaribus jentaculum Cyprinis instruit: initaque ratione
 carius Cyprinos quam salares æstimat. Quo ego perspecto ad comites ajo?
 Desinamus posthac mirari, cur precia Cyprinis intendantur, quando pluris
 eos apud peregrinos, quam salares æstimari videmus.

Nosque indè non modò ad novas piscinas amplificandas, sed etiam ad
 veteres renovandas, convertamus.

**4. Jan Ámos Komenský (Johannes Amos Comenius; * 1592, † 1670),
*Schola infantiae – Informatorium školy mateřské, cap. VI,
 par. 3–9, 12–13***

Informatorium školy mateřské patří k nejznámějším spisům Komenského. Spis vznikl v Lešně a je věnován péči o děti do šesti let, dokonce včetně prenatálního období. Nejstarší verze byla česká (z roku 1632), ale ta byla vydána dle rukopisu až v 19. století. Sám Komenský text vydal v přepracované podobě nejprve německy, poté i latinsky. Latinské znění vyšlo v roce 1657 v Amsterdamu (*Opera didactica omnia I*). Ve vybraných pasážích šesté kapitoly se dočteme o tom, jak mají rodiče podporovat rozumový vývoj svých dětí.

Edice: *Schola infantiae*, ed. Jarmila Borská, in: *Dílo Jana Ámose Komenského*, 15/1, Praha 1986, s. 211–251.

Překlad: *Jana Amosa Komenského I. Informatorium školy mateřské, II. Rozprava k Vratislavským, III. Didaktika analytická*, překl. Augustin Krejčí, Praha 1908.

cap. VI

Quomodo infantes circa rerum intelligentiam exercendi

3. *Physica* recens natorum infantum est edere, bibere, dormire, digerere, crescere. Sed haec illorum non feriunt intellectum. Alterò demum vel tertiò annò capere incipiunt, quid pappam, quid mamma, cibus aut potus sit etc. Et mox, quid vocemus aquam, quid ignem, quid ventum, quid frigus, quid calorem, quid vaccam, quid catellum, et generales quasdam naturalium rerum differentias. Quod gerariae ulnis eos fovendo aut circumgestando instillabunt dicendo: *Ecce equus, ecce avis, felis* etc. Quartò, quintò, sextò aetatis annò in earundem rerum cognitione progredi magis magisque possunt: ut quid sit lapis, arena, lutum, quid arbor, quid ramus, quid folium, quid flos etc. dicatur, sciant. Nosse etiam fructus nonnullos, pirum, pomum, cerasum, botrum etc. Item appellare suò nomine membra externa corporis eorumque officia utcunque nosse. Quà in re pater, mater vel geraria frequentius cum eis occupari et hoc aut illud monstrando nominare possunt, jubentes id ipsum efferre exquirendo: *Quid hoc est? Auris. Quid eò operaris? Audio. Hoc verò quid? Ocellus. Cui usui? Ut videam. Quomodo id vocatur? Pes. Ad quid est? Ut ambulem* etc.

4. *Optices* principium erit lucem intueri, quod pueris naturale est: quia lux primum visibile, oculos ad se convertens. Custodiendi tamen nec permitendi sunt nimiam lucem et fulgorem, aciem oculorum praestringentem, irretortis oculis intueri, praesertim initiò, ne visus demùm sese explicans debilitetur aut exstingvatur. Mediocre lucem et quicquid paulatim micat, potissimùm verò viridem colorem spectandi facultas eis fiat. Alterò et tertiò annò *optices* exercitium erit picta et colorata ad contemplandum iis offerre. Pulchritudinem firmamenti, arborum, flosculorum, aquae fluentis ostendere. Alligare eorum manibus et collo corallia, vestes subministrare pulchellas etc., quia haec lubentes circumspectant. Imò intuitu speculi et oculorum et mentis acies acuitur. Quartò annò et sequentibus addenda

ex opticis erunt plura, eductis iis interdum foras, in pomarium, campum etc. vel ad fluvium: ut contemplantes animalia, arbores, herbas, flores, fluentem aquam, molarum rotationem et id genus similia oculos pascant. Imò picturae in libris, in parietibus etc. gratiae sunt iis. Non invidendae igitur, potius de industria eò deducendi sunt infantes.

5. *Astronomiae* secundò vel tertiò ad summum annò principia habere possunt, intuentes coelum et discernentes inter Solem, Lunam et stellas. Annò quartò et quintò considerare poterunt Solem et Lunam oriri et occidere; Lunam interdum totam splendere, interdum dimidiatam vel falcata; quod monstrari etiam potest et debet. Sextò annò doceri fortè possunt hieme dies esse brevissimos, noctem verò longissimam; aestate contra diem longum, noctem verò brevem etc.

6. *Geographia* circa decursum primi anni et dehinc primordia erunt, quando cunas suas et sinum maternum dignoscere incipient. Secundò et tertiò annò geographia illorum erit nosse hypocaustum quod incolunt etc. Ubi circumspicere debent, quando edendum, cubitum aut foras eundum, ubi lux aut ubi calor quaerendus sit. Tertiò annò incrementa in geographia capient, si non tantum hypocausti, sed et atri, culinae, cubiculi, eorum, quae in area, stabulo, pomario, in aedibus et circa eas sunt, distinctiones et nomina tenebunt. Quartò annò per plateam, forum, ad vicinum, ad patrum, ad aviam, ad amitam, ad susceptorem suum exspatiando viam discere. Quinto verò et sexto omnia illa memoriae penitus infigere intelligereque, quid sit urbs, pagus, ager, hortus, sylva, fluvius etc.

7. Docendi quoque sunt differentias temporum nosse: aliud nempe esse diem, aliud noctem. Quid item mane, quid vespera, quid meridies, quid media nox sit. Tùm quoties de die edendum, dormiendum, orandum. Haec prima erunt *chronologiae* rudimenta. Deinceps porrò cognoscent septimanam habere septem dies, et qui cui illorum succedat: sex esse profestos, septimum verò festum: diebus autem sacris à laboribus externis vacari, sed templum frequentari, rebus divinis operam dari. Ter verò in anno solemnia reoli festa: *Natalitia Christi* hieme; *Pascha* vere; *Pentecoste* aestate; autumnò colligi vina etc. Quae omnia quamvis ipsi per se capere et meminisse addiscent, tamen cum illis pueriliter de his confabulari nihil prohibet secundum occasionum formas.

8. In *historia* et rerum gestarum recordatione exercendi sunt, quamprimùm fari coeperint. Et quidem primò per pueriles quaestiunculas: *Quis tibi hoc dedit? Ubi heri fuisti? Ubi die Mercurii?* Respondeat: Apud avum, aviam, amitam etc. *Quid munusculi inde reportasti? Quid se daturum dominus propater* (susceptor) *tuus pollicitus est?* etc. Alia ipsa se memoriae figent: circumspectione solummodò opus est, quoniam memoria puerilis thesaurus sibi congerere incipit, ut nihil nisi bona et ad consequendas virtutes Deique timorem utilia congerat: contrario his nec oculis, nec auribus illis obvenire permittantur.

9. *Oeconomices* (id est circa administrationem rei familiaris intelligentiae) primo et sequenti annò principium erit, cùm incipiunt agnoscere *materculam, paterculum, gerariam*; postea dignoscere alios etiam in domo. Tertio cognoscent patrem et matrem imperare, caeteros parere. Quarto et quinto discere incipiant frugalitatem: vestimenta sua, quae festis diebus et quae profestis destinantur, agnoscant; illa observare, non maculare, non lacera-re, non terram iis verrere. Unde facilè animadvertent, cui usui sint cistae, armaria, camerae, fornices, serae et claves: nempe, ne cuivis ad quodvis aditus pateat. Aliam verò necessariam domesticam supellectilem vel ipsi per se contemplantes eam quid sit deprehendent, vel à parentibus, gerariis, à fratribus vel sororibus majorennibus ex familiari colloquio cognoscent. Cui maximoperè servit, ut pueris ad lusum lignei vel plumbei equi, vaccae, oviculae, vehicula, bipalia, mensae, sellulae, canthari, patinulae dentur: non propter solum lusum tamen, sed ad promovendum rerum intellectum. Hoc etenim est, *Tenellos juxta viam suam docere* (Prov. 22, vers. 6), nempe in haec minima sensim oculos illis aperire, ne in majoribus caecutiant.

5. Bohuslav Balbín (Bohuslaus Balbinus; * 1621, † 1688), *Miscellanea historica regni Bohemiae – Rozmanitosti z historie království českého*, decadis I, lib. 1, cap. VI, par. 4

Nejvýznamnější dílo humanisty Bohuslava Balbína zůstalo z velké části nedokončeno. I přesto je první dekáda knih, kterou Balbín stihl vydat, velmi obsáhlým korpusem nabitým mnoha zeměpisnými, přírodovědnými a historickými informacemi. Ukázka je z kapitoly o Krkonoších a autor v ní vysvětluje, jak vznikla pověst o Říbrcoulovi a jak se tento přízrak projevuje.

Edice: *Miscellanea historica regni Bohemiæ... Authore Bohuslao Balbino è Societate Jesu, Praga: Typi Georgii Czernoch 1679.*

Překlad: BOHUSLAV BALBÍN, *Krásy a bohatství české země*, překl. Zdeňka Tichá, Praha 1986.

BOHUSLAV BALBÍN, *Rozmanitosti z historie Království českého*, překl. Jiří A. Čepelák, Praha 2017.

Quid illud Spectri sit, quod in his monitibus regnat, atque unde nomen Ribenzall natum esse videatur, & quaedam de eo miræ narrationes.

Inter Autores parum convenit, quid illud Spectri sit, aut unde nomenclatio Ribenzall (ita enim ferè vocatur) petita. Quidam asserunt: *Dæmonem* qui corpus humanum occupârat, sacris Ecclesiæ Cerimonijs & carminibus pulsum, in hos montes à Sacerdote Religioso relegatum nè amplius noceret, quòd crederet eos Montes à nemine inhabitari; ajunt id factum in Comitatu *Russionensi*, quem Hipsani æquè ac Galli *Ronzevvall* appellant, hinc vocem esse paulùm detortam vulgùmque, ut amat fieri, ex *Ronsevall*, errando Ribenzall appellâsse; *Montanum* Chymicus magni inter *Silesios* nominis, qui *Strigæ* non ita ab his Montibus procul, Medicinam faciebat, tradit: quendam ex illustri apud Gallos familia, cui *Ronsevall* nomen fuerit, hominem profundâ avaritiâ, & opum sitientissimum, dum vita manebat, DEO pœnas sumente ejectum in hos montes, ut thesauros servaret; huic sententiæ aliquâ parte subscribere videbatur probatissimæ Sanctimonix Vir *Martinus Stredonius* è Societate *JESU*, qui dicere solebat (quod ipse ex eo audivi) sibi semper videri, non aliquem malum Dæmonem, sed animam potiùs humanam à corpore separatam, Montes illos incolere; satis esse argumenti, quòd nihil unquam injuriæ obvius inferret, neque aliquid ex quo Divinum Numen possit offendi, moliretur, aut procuraret; abhorrere istos mores à pravis Dæmonibus, quibus, ut ait *Synesius: calamitates populorum, convivias sunt*; Exemplo esse desertas arces, domos, silvas, nemora, in quibus non tantùm Dæmones, sed sæpius Manes, & Defunctorum animas hospitari plurimis documentis sit cognitum, ut de *Alba Domina* (quam vocant) *Novædomi* & *Crumlovij*, tum in *Arce Perenstein* formosa Virgine, aliisque ejusmodi Animarum Spectris *Chanovvsky* & *Tannerus* nostri commemorant. Sunt qui existiment veterem Gallorum lingua *Roy de Valle spectrum* hoc appellari, id est, *Regem Vallis*,

quòd *Vallem* potissimùm *Dæmonis* dictam, occupet, idque nomen Montis accolas corrupisse. Ego facilè adducor, ut credam ex *Ronzevall* nomen *Ribenzall* nasci potuisse, & perperam ab ignaris rusticis efferri; at unde ipsum Ronzeval natum esse dicemus? quid si imitatione *Hammelensium*? nota est fabula, seu historia de Hammelensibus pueris, quod in montem quendam simplicitate puerili abusus Dæmon abduxit. Vide *Cosmographiam Munsteri*, aliòsque Germanicarum rerum Scriptores; id verò quidquid est Spectri, *Ronzevall* quoque dicebatur, ut tradidit *Theobaldus*; quis igitur vetat, quin ab illis Montibus qui Rammelsgebürg appellantur, fossores & Metallarij, vocabulum ab nostros *Cerconossios* transferre potuerint, vel ipsâ similitudine gestorum caussam præbente? cùm & hospes iste, ut *Hammelensis* ille, formas se vertat in omnes, et modò *Monachi* cucillum induat, modò fossorum habitu, modò venatorem repræsentet, modò decrepitum, & vix cubitalem senem barbâ humum verrente, modò etiam *Equi* indomiti, modò bufonis maximi & fædissimi, modò Galli gallinacei, modò Corvi insidiantis specie viatoribus offeratur; idque tum præcipuè facere traditur, cùm læsus, vel risu contemptus indignatur, alioquin humanâ se offert imagine, colloquijs humanis oblectatur, comiter monstrat viam, multa etiam arcana Naturæ, quæ in montibus illis reperiri fatetur, docet, sæpe etiam radices & munera hujusmodi offert, nec sese nisi verbo, vel injuriâ provocatus ulciscitur. *Ribenzall* vel *Ronzevall* nomen sibi imponi, ferre non potest, sed *Custos Thesaurorum* gaudet appellari, illoque *gazophylacis* nomine se jactat & gloriatur. At offensus & cachinno priùs, aut maledicto provocatus, statim monstrosâ Imagine assumptâ conterret, & cælum confundit; emicant continuo fulgetra, & fulmina, pluviae, imbres, intolerabile frigus, & vel mediâ æstate hiemes sæviunt, *nivèsque deducunt Jovem*. Hujusmodi exemplis plena est omnis illa vicinia, nemo tamen unquam dicere potuit, aut nominare hominem ab hoc *Spectro* vulneratum, minùs intereptum; ultionem scilicet intra terrorem & ludibria continet, naturâ benignus, aut altiori potestate impeditus, quæ cum ut cæteros Dæmones furere, & rabire non permittat.

X. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ PRÓZA ZO SLOVENSKA

Bartholinus, Riccardus: Odeporicon, id est itinerarium reverendissimi in Christo patris et domini domini Mathaei sancti Angeli cardinalis Gurcensis coadiutoris Saltzburgensis generalisque imperii locumtenentis, quaeque in conventu Maximiliani caesaris Augusti serenissimorumque regum Vladislai, Sigismundi ac Ludovici, memoratu digna gesta sunt, Viennae, Hieronymus Vietor 1515, liber primus.

Richard Bartolini (Riccardus Bartholinus, cca 1470 – 1529), básnik a kano-
nik v peruggijskom dóme, prešiel neskôr do služieb gurského biskupa ako
sekretár a dvorný kaplán. Biskupa spolu s kardinálom Matúšom Langom
poveril cisár Maximilián, aby nerušene zabezpečili rokovania týkajúce sa
tzv. Viedenského kongresu, na ktorých mali byť podpísané dve svadobné
zmluvy. Bartolini sa kongresu zúčastnil a vo svojom diele zachytil svoje
dojmy. V ukážke je zároveň zaradená odporúčajúca báseň poľského hu-
manistu Jána Dantisca a časť opisujúca príchod jednotlivých cirkevných
a svetských hodnostárov do Prešporoku (Bratislavy).

Text: *Bartholinus, Riccardus: Odeporicon, id est itinerarium reverendissimi in Christo patris et domini domini Mathaei sancti Angeli cardinalis Gurcensis coadiutoris Saltzburgensis generalisque imperii locumtenentis, quaeque in conventu Maximiliani caesaris Augusti serenissimorumque regum Vladislai, Sigismundi ac Ludovici, memoratu digna gesta sunt.* Viennae, Hieronymus Vietor 1515. 138 pp. VD 16 N° 569; ZV 20289. Wien, Österreichische Nationalbibliothek – sign. 31. S. 26.

Preklad: *Richard Bartolini: Odeporicon*. Ed. Srrinium latino-slovacum 6, preložila Eva Frimmová, Bratislava – Trnava, 2014.

Ioannes Dantiscus Ad lectorem

- Quantum res verae fi ctis praestare videntur,
hoc recto doctum tramite pandit opus.
Non hic Cretensis Iovis incunabula, non hic,
quae sunt de superis plurima fi cta leges.
5 Semicapros, faunos satyrosque fuisse bicornes,
quis credit? Vel tot turpia monstra Deum?
Non raptum Stygii praedonis, Apollinis ignes
in Daphnem, Martis nec Venerisque thorum,
non Diomedis equos, non illum Graecia mendax,
10 quem fert Troianas fraude subisse fores.
Hicque nec invenies perplexa enigmata sphingos,
nec quae de nihilo fabula longa datur.
Historiam nuper conventus at iste probatam
caesaris et regum fecit in orbe trium.
15 Vidimus hic Annam, qua totus nil habet orbis
pulchrius, Hunniaci est haec decus una soli.
Hanc sibi vel charo conservat forte nepoti
caesar et est magno digna puella Iove.
Vidimus et Mariam, pulchris aequanda deabus,
20 est siquidem et primas inter habenda deas.
Caesaris haec neptis, regi regina futura est,
annis, qui in teneris iam duo regna tenet.
Vidimus heroas sacros proceresque ducesque,
clarorum passimque agmina multa virum.
25 Tot gemmas, torques, phaleras radiantiaque arma,
tot mores, habitus ingeniique vices. ||
Tot ludos etiam, spectacula pulchra, triumphos
et quae non aetas viderat ulla prius.
Cuncta, ut conspexit Riccardus, scripsit ad unguem,

30 delitium certe posteritatis erit.
 Seu stricto incedit vates pede, sive soluto
 orator, nemo cultior esse potest.
 Hoc iter, ut duxit princeps Gurcensis ab urbe
 Augusta, videas gestaque cuncta lege.
 35 Tunc primum dices: „Vivas, pater inclyte, vivas,
 cardinei specimen vive decusque chori.“
 Et merito laudes uni huic sunt undique dandae,
 omnis nam fuerat fons et origo boni.
 Solus hic infl exit sensus regumque potentum
 40 pectora multorum cordaque dura virum.
 Christicolis solus divino numine fultus,
 in terris pacem post fera bella dedit.
 Huic aetas debet praesens et postera multum,
 tempore, quod parvo commoda magna tulit,
 45 per quae nunc noster recte componitur orbis,
 ex omni cedit parteque Martis amor
 et crucis infi dos propere ducentur in hostes.
 Qui, Iovis hinc quid sint, experientur, aves.
 Foederis hic formam nosces pactosque Hymenaeos
 50 cunctaque conventus istius acta scies.
 Nil finit intactum veri, quod res habet in se,
 ante oculos plane singula gesta locat.
 Res scitu digna est, nec enim reor esse, pot est nec
 in toto quicquam gratius orbe legi. ||

Perendie eius dici legatos quattuor, Marquardum, praepositum Bambergensem, Marascam Boemum, Cuspinianum, virum litteratum, ac Vuolfgangum Hamerl Posonium misit, nam Vladislai ac Ludovici regum, patris et fi lii, adventum intellexerat.

Inde octavo Kalendas Aprilis Sigismundus, Sarmatiae rex, cum ingenti apparatu pompaque tum hominum, tum equorum Posonium ingressus est. De eo sic accepi a nostris, cum is mille fere passus abesset, rex Vladislaus Ludovicusque, pater et fi lius essedo, ut venientem exciperent, vecti sunt extra urbem. Pater, quia iam senio confectus est, in curuli sella permansit.

Filius equum ascendit priorque obviam sese obtulit. Sed antequam alter alterum alloqueretur, aberant || adhuc longe ex equis desilierunt multisque passibus pedibus profecti sunt. Coeuntes tam arcte sese invicem complecti videbantur, ut maximam omnibus pietatem palam praesferrent. Inde ad seniore regem iunctim perrexere. Is silicernius admodum ex gestatoria sella, quam insidebat, fratrem ad se cum filio adventantem expectabat. Cum adfuit, dii boni, qui amplexus, quae gaudia fuerunt, quae lachrymae non seni modo, verum et omnibus, qui aderant, exciderunt. Nemo enim homo, qui trium potentissimorum regum praesentia non obstupesceret, tamque arctis, complexibus fratrum pietatem animo complectens, non lachrymaretur. Urbem autem ingressi sic feruntur. Rex senior essedo vectus est, frater et filius, reges, ante equis vehebantur.

Habitus diversissimi erant, Sarmatiae enim Moschi, Rutheni, Mysii, Lithuani, suis quisque paludamentis ornatus aut anteibant, aut sequebantur, alii pennaculis ingentibus, alii insulis vinarii quali instar compti procedebant. Equorum Scythicorum, quique ex Moesia advehuntur, vis ingens, qui praetiose phalerati margaritisque refercti saltabundi ducebantur, maior tamen ornatus iis in pectoralibus cernebatur, quae vel aurea erant, vel argentea item focalia, quae secundum aures utrinque per maxillas ad faucium ima circumducebantur, mira, me diu Fidius, arte concinnata, equites mille et quingentos fuisse tradunt. Ita urbem magna principum comitante caterva, quorum nomina alibi recitabo, ingressi. Senior duobus regibus, fratre et filio comitatus ad regiam suam rediit. Filius Sarmatiae regem, patruum, grato comitandi officio usque deduxit.

Postridie, cum haec ad Gurcensem allata fuissent, comparatam quattuor navium classem || incendimus, nec dum sole advesperascente Hamburgio appulimus.

Vastitas summa in oppido est domorumque aequisolium passim visitur. Narrant Mathiam, Pannonum regem, diutina obsidione cum in Austriacos saeviret, tandem potitum ad tenuem fortunam locum redegissee. Arcem habet satis munitam in arduo monte, qui oppido imminet, sitam, quae cum inter Austriam Pannoniamque fere media sit, alter utros prohibet incursus. Ab ea item mons parva abest intercapedine, in quo zynziber passim nascitur. Vix ergo princeps ad hospitem diverterat, cum Marquardus orator caeterique, qui una iverant, adfuere, quae attulerant, de more satis mature discussa sunt.

Mane ad multum diem Posonium versus navigavimus.

Gurcensi navim cardineo paludamento egredienti Ludovicus, Boemiae rex, archiepiscopus Colocensis, episcopus Quinqueecclesiensis, Bosnensis, Iauriensis, Vaciensis, Pannonnes, episcopus Vladislaviensis, Posnaniensis, Premisliensis, Sarmatae, tum Pannoniae Boemiaeque, tum Sarmatiae primores viri quam plures obviam ad ripam sese obtulerunt. Archiepiscopus Colocensis oratione satis erudita et gravi ex equo Gurcensem excepit. Rex Vladislaus articulari morbo afficiebatur.

Tamen tanta diversarum gentium varietas fuit, ut mihi haec recolenti non satis omnia ex sententia succurant.

Aderant Germani, Pannonii, Sarmatae, Tartari, Turcae, Moschi et eorundem imprimis aeneatores tortilibus tubis asperrime perstreptentes, neque enim ditonum aut diapentem, thessararunt, diapaso intermistam aut bisdiapaso caeterisque phonasorum voces concordiamque norunt, sed primo per hemitonium invicem certantes, rursus a secundo || hemitonio quattuor intervalla ascendentes. Tanta candidarum aurium molestia, ut aliquando surdastrum me esse desiderarem. Tradunt aliqui tale hominum genus ita esse moribus, ut perstepero clangore, et si omnem antecellere harmoniam credit, delectatur. Caeterum, si hic Ioannes Manens aut abbas Elephantarca, musici Romanenses, praesentes fuissent, longe melius quam ego, dicitur, fractaria illorum musica iudicasset.

Habitus praeterea diversissimi, alii, ut dicebam, insulas candidas in fastigium acumintas gestabant, alii pilea, quorum in frontispicio penacula ad posticam partem unius ulnae latitudinis deflectebantur, alii pectoralibus a gula umbilico tenus vel argenteis, vel aureis ita enim vestium fibulamenta faciunt, ornabantur. Quidam baltheos aureos, quibus enses vaginis argenteis aureisque pendebant, qui a dextro humero in sinistrum infra alam reflectebantur, gestabant. At vero, ubi cingendi locus est laminibus aureis graphice figurata imaginibus fabrefactis gemmisque Scythicis cingula confibulabant, hii plerique omnes erant Sarmatae.

XI. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ POEZIE EVROPY

**Jeroným Balbus (Hieronymus Balbus; * cca 1450, † cca 1535),
Carmina – Básně, carm. 16, 59, 102, 104, 105, 121, 122, 123**

Jako ukázkou evropského humanistického básnictví uvádíme několik krátkých skladeb italského humanisty Jeronýma Balbi, který byl v čilém kontaktu s Bohuslavem Hasištejnským a dalšími českými humanisty té doby, neboť v letech 1499–1501 učil na pražské univerzitě. S Bohuslavem ho pojilo několikaleté přátelství, odrážející se ve vzájemné korespondenci a několika dochovaných básnických skladbách. Zde uvádíme několik krátkých příležitostných básní z jeho mládí, především s milostnými motivy.

Edice: *Hieronymi Balbi opera poetica, oratoria, ac politico-moralia*, vol I., Vindobonae: Joseph Friedrich von Retzer 1791.

HIERONYMUS BALBUS, *Vita, carmina quae supersunt, orationes selectae, invectivae et documenta varia*, in: HIERONYMUS BALBUS, *Opera omnia quae supersunt*, vol. 1, ed. Anton F.W. Sommer, Wien 1991.

16. *Ad Juliam*

Alba manus, flavi crines, argentea cervix,
 Siderei vultus, lactea colla, pudor,
Efficiunt, ut te cœlo rear esse creatam,
 Nam talis nullo tempore forma fuit.
Indomiti mores, damnosa superbia, fastus,
 Atroces vultus, saxea corda, rigor;
Efficiunt, ut te terris rear esse creatam,

Sævitia Superi namque carere solent.
 Quam male commisit natura injusta, dedisset
 Ni tibi sævitiam, diva beata fores.

59. *De Petra puella.*

O manus, o crines, o colla, o lactea cervix,
 O oculi ætherea sidera bina domus!
 O vox, o mores sine rusticitate pudici!
 O frons, o primis æmula labra rosis!
 Perditis heu miserum, periturum cernite amantem,
 Cernite me, morior; cernite me morior,
 Heu morior! pulla cingatur veste cadaver!
 Et referant tales marmora scripta sonos:
 Hic jacet extinctus teneris Hieronymus annis,
 Duræ causa fuit aspera Petra necis.

102. *In malum pœtam.*

Merdosis scribis quid carmina digna cloacis?
 Carmina merdosis sæpe referta notis.
 Merdosi mores, merdosa Thalia, pœta
 Merdosus, merdas Calliopea sapit.
 Vix tria verba refers, merdas, culosque natesque,
 Carminibus culus, mentula, merda sonant.
 I, pede merdaleas, turpis scarabee, cavernas,
 Si tibi merdaleo nil nisi merda placet.

104. *Ad Camillam.*

Te colo, te veneror, numquid mea vulnera curas?
 Vulnera no vati perpetienda pio.
 Te donis dono, numquid mea vulnera curas?
 Vulnera mortali non patienda viro.
 Te modulis celebros, numquid mea vulnera vuras?
 Vulnera non fido perpetienda mihi.
 Te fugiam, forsan quod non potuere, Camilla!
 Carmina, dona, preces, id fuga nostra dabit.

105. *Ad eandem*

Nullane te pietas morientis, perfida, tangit?
Nulla movent animum Numina læsa tuum?
Crudelis, duris multo crudelior ursis,
Durior & ferro, durior & lapide.
Sævitia vincis silices, adamanta, ferasque?
Ut reor, in duro pectore marmor habes.
Non, non humani te progenuere parentes,
Sed luus, aut dura rupe læna ferox;
Et genita in sylvis, nutritaque lacte ferino,
Et tibi quæ tribuit ubera, tygris erat.
Crudelis, tantos nunquam miserata labores,
Nunc satis nostris pectora sæva malis.
Tot mala nam patior, quot cœlo sidera fulgent,
Æthera quot volucres, quot vehit amnis aquas.
Si quis erit, cunctos misera qui mente dolores,
Et genus omne mali noscere poscat, amet.

XII. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ POEZIE BOHEMIKÁLNÍHO PŮVODU

1. Bohuslav Hasištejnský z Lobkovic (Bohuslaus Hassensteinus a Lobkowicz; * 1461, † 1510), *Carmina – Básně*, carm. 83, 200, 316

Bohuslav Hasištejnský patří k nejstarší generaci českých humanistických básníků, tedy básníků doby vladislavské. Z pěti set Bohuslavových básní vybíráme báseň pro milenku Karlotu, elegii o nespavosti a báseň pro právě uvedeného italského humanistu Jeronýma Balba.

Edice: *Bohuslaus Hassensteinus a Lobkowicz: Opera poetica*, ed. Marta Vaculínová, Leipzig 2006.

Překlad: Bohuslav Hasištejnský z Lobkovic, *Carmina selecta*, překl. Helena Busínská a Dana Martínková, Praha 1996.

83. *Ad Balbum*

Vergilius culicem, ranas celebravit Homerus,
ipse Bohuslaum, Balbe poeta, canis.
Nec tamen aut tumulus culicis nec turba coaxans,
sed cum Vergilio nomen Homerus habet.
Balbus item nobis mersis caligine vivet
doctrinaeque feret praemia digna suae.

200. *Quod careat somno.*

En mollis pecus omne tenet volucresque ferasque
 et genus humanum squamigerumque sopor.
 Non valido terram proscindit vomere taurus,
 non sequitur leporem lata per arva canis.
 Venator pavidis non tendit retia damnis,
 non carpunt tenerae florida prata caprae.
 Nostra tamen solito privantur lumina somno
 et membris requies non datur ulla meis.
 Quid faciam? Musae, vestro succurrite vati
 et tu, Castalii rector, Apollo, chori.
 Non me Palladii faciunt vigilare labores
 cudentem, quae mox cuncta per ora volent.
 Non fratrem aut carae deflemus funera matris
 ex nostris praedam nec tulit hostis agris.
 Bile caput nimia plenum est nobisque quietem
 nescio quis morbus nocte dieque negat.
 Vos ferte auxilium, mea numina, ferte medelam
 et date, quicquid opis maximus orbis habet.
 Non ego sum Thamyris nec quae certamine victae
 supplicium penna versicolore luunt.
 Non, qui, dum vestrum cuperet violare pudorem
 in terram celsa turris ab arce ruit.
 Phoebi miles eram iuvenis, veniente senecta
 Phoebi, consulitis si mihi, miles ero.
 Vos cithara mulcete animum, vos tangite virga
 somnifera, vester quam Tegeaeus habet.
 Ni facitis, Musae, longe procul este, poetae
 quae nullam vestro ferre potestis opem.

316. *Ad Carlotam.*

Iudice me cunctis praestas, Carlota, puellis
 et superas ipsam denique Penelopen.
 Nec niveos artus in te faciemque decoram
 collaque, sed mentis laudo pudicitiam.

Formosae placeant aliis, mihi casta probatur
et cui virginei cura pudoris adest.

**2. Matouš Collinus z Chotěřiny (Matthaeus Collinus a Choterina;
* 1516, † 1566), *De peste – O ráně morové***

Collinus je představitelem druhé výrazné generace českých humanistických básníků. Tato generace se soustředila kolem mecenáše Jana staršího Hodějovského z Hodějova, který básníky své družiny vybízel především k pěstování světských témat. Vybraná skladba *O morové ráně* je psána elegickým distichem.

Edice a překlad: *Renesanční poesie*, ed. a překl. Helena Businská, Praha 1975, s. 22–25.

De peste

Quod petis, ipse mihi potius des, Hoddeiovine,
et leni pectus, qua potes, arte meum.
Turbor enim damnis praesentibus exitioque
multorum, saevus quos dat Apollo neci.
Cernis, ut occuluit sua lumina nubibus atris,
ut caeco vultu tela cruenta iacit?
Non ita seivus eat, quondam dum clade Pelasgos
Pergama magnorum stravit ad alta Phrygum.
Ut pecudes morimur cadimusque repente, veneno
vi vim naturae debilitante sua.
Fletur ubique fere, natos hic deflet ademptos,
hic charae mortem coniugis, ille patrem,
hic queritur fatum famulae servique fidelis,
hunc domino rapto commovet orba domus.
Verte tuas quovis aures, oplebere luctu
omnia perque sonat compita triste melos.
Insuper accedit gravior sonitusque fragorque,
quam bombardarum, qui datur aere cavo.

Omnia complentur rauci tinnitibus aeris,
 qua triplicis Praegae maenia clara patent.
 Nec domus est expers Phebaeis nostra sagittis,
 nunc duo decumbunt, tres periere prius.
 Et tamen in tantis me cogere cladibus audes
 ad vatum laetos, Hoddeiovine, modos.
 Carmina proveniunt animo deducta sereno,
 deperit in rebus tristibus omne melos.
 Si tibi flere libet, tecum plorabo, mederi
 non possum vestris, chare patrone, malis.
 Solamen tamen est unum, quo sublevor ipse
 nos haec coelesti patre volente pati.
 Non etenim casu crucibus vexamur acerbis,
 grex Epicureae sentit ut usque scholae.
 Sed Deus affligi miseros plerunque per ignem,
 per gladios, pestem, nos sinit atque famem.
 Scilicet ut lapsos ad iter revocare doloque
 daemonis occisos vivificare queat.
 Ergo Dei mucro est aequa tibi mente ferendus,
 quae venit a domino, paena ferenda venit.
 Sic ego me solor, sed et insuper addo precesque
 votaue qua statuo perficienda fidem.
 Tu quoque si libet his potes, Hoddeiovine, medelis
 uti, consilii terminus iste mei est.

3. Jan Campanus Vodňanský (Iohannes Campanus Wodnianus;
*** 1572, † 1622), *De exundatione Vultavae – O povodni na Vltavě,***
In ventrem – Trápení se žaludkem, Anni 1601 descriptio
(Tycho de Brahe) – Památce Tychona de Brahe

Jan Campanus Vodňanský, spisovatel a rektor pražské univerzity, byl jedním z nejslavnějších humanistických latinsky píšících básníků své doby. Věnoval se tématům náboženským i světským, skvěle ovládal všechny literární formy. Zde vybíráme tři básně psané elegickým distichem, nejprve

báseň o povodni na Vltavě, k níž došlo 17. a 18. 8. 1598, kratičkou skladbu o problémech se zažíváním, poslední báseň je věnována památce Tychona de Brahe.

Edice a překlad: *Renesanční poesie*, ed. a překl. Helena Businská, Praha 1975, s. 182–187.

De exundatione Vultavae

Aspicitis, quanti fluctus volvantur aquarum,
 turbidus ut vestras Vultava carpat opes?
 Hic mola, demessae sed ibi portantur aristae,
 hac pyra lignorum maxima parte ruit.
 Fallor, an obscuro vobis id lumine Luna
 dixit heri, Piscis signa ubi tristis adit.
 Quicquid id est, timeo, ne saevis fluctibus icta
 Praga, gemas casus, Magna Minorque, tuos.

In ventrem.

Es monstri, venter, similis. Tu namque ferenti
 Dum plenus, levis es, dum vacuus, gravis es.

Anni 1601 descriptio (Tycho de Brahe)

Ille etiam secli decus admirabile nostri
 Pragensem subiit Tycho Braheus humum.
 Nec iuivit, quod erat titulis insignis avitis,
 astra quod ingenio supposuitque suo.
 Ille quidem potuit coelos, novus istius aevi
 Alcides, humeris sustinuisse suis.
 At non et triplices potuit superare sorores;
 invictum studiis mors inimica necat.
 Iamque solum membris gaudet, mens astra petivit
 ut patriam curae materiamque suae.
 Scripta viri quoque mansurae cum nomine famae
 mergi Letheis non potuere vadis.
 His vivit Tycho meritis post fata superstes,

his sermo gratae posteritatis erit.
Sidera donec erunt nostri quoque temporis Atlas,
Alcides noster Tycho Braheus erit.

**4. Alžběta Johana Westonia (Elisabetha Ioanna Westonia;
* 1582, † 1612), *De inundatione Pragae – O povodni v Praze***

Alžběta, latinsky píšící básnířka anglického původu žijící v Čechách a ne-
vlastní dcera známého alchymisty Edwarda Kelleyho, byla velmi vzdělaná
žena, ovládala několik jazyků: angličtinu, italštinu, francouzštinu, latinu
a češtinu. Psala básně náboženské, mravoučné, příležitostné, bajky, oslavné
ódy, elegie a epigramy, složeny povětšinou elegickým distichem. Známý
jsou také její listy adresované ochráncům její rodiny či dalším humanistům.
Z jejího díla vybíráme báseň o pražské povodni.

Edice a překlad: *Renesanční poesie*, ed. a překl. Helena Businská, Praha
1975, s. 210–213.

De inundatione Pragae

Evocat iratos caeli inclementia ventos
 imbrequé continuo nubila mixta madent.
Molda tumet multum vehemens pluvialibus undis
 prorumpens ripis impetuosa suis
largaque per latos diffundit flumina campos
 et rapidus siccos proluit amnis agros.
Spumosus verrit per praeceps omnia gurgés
 et misere insanis cuncta feruntur aquis.
Hinc seges, hinc fructus distracti fluctibus undant,
 inde vir inde thorus faeminaque inde natat.
Cerne trabes, pinus et tecta natantia cerne,
 volvuntur rapidis prodigiosa vadis.
Septa procelloso late stant gurgite mersa,
 sic alto pereunt omnia mersa mari.
Cymba forum sulcat, piscis delubra deorum.

contemerat, refugis fluctibus ara madet.
Astant attonitae, sed veste liquente catervae
insuetisque dolent cuncta perire malis.
Talis erat facies furibundum cernere Moldam
et similes undae Deucalionis erant.
Tu, qui monstra freti rabidosve domare furores,
Iova, potes, nutu tot mala merge tuo!

XIII. LATINSKÁ HUMANISTICKÁ POÉZIA Z UHORSKA

Ioannes Bocatius: Anser nuptialis. Ecloga. Cassoviae: Typis Johanis Festi, 1618.

Ján Bocatius (1569 – 1621) patrí medzi najproduktívnejších humanistických spisovateľov, ktorí pôsobili na území dnešného Slovenska. PO štúdiách v Nemecku sa natrvalo usadil najskôr v Prešove, potom v Košiciach. Pôso- bil tu ako rektor školy a plnil aj diplomatické poslania. Ukážka je z eklógy *Anser nuptialis*, ktorá je zriedkavým prípadom bukolickej poézie v uhorskej humanistickej literatúre.

Text: Ioannes Bocatius: Anser nuptialis. Ecloga. Cassoviae: Typis Johanis Festi, 1618.

Preklad: Balegová, Jana: *In illicis umbra ... Ján Bocatius ako bukolik*. Košice, 2016.

V[agus]

Cresce, domus Nyari domus ac Thursonis in aevum.
Dicere si patris laudes Thursonis, Ulyssi
Coner ego Hungarici, inverteret ante Bootes
70 Temonem plaustri, nox haec et adempta periret.
Cantarus interea quid cessat et ire culullus
Ad nos vicinos? Bibe, si bibis, optime frater.

A[rva]

- Cresce, domus Nyari domus ac Thursonis in aevum.
 Cresce, tivi voto consorte propino sodalis.
 75 Ile triumphatus draco, cui tam pestilis olim
 Laetitia quantum herois dedit hasta Georgii
 Regnicolis, inhiabat hydrus quies dirus atroxque!
 Alcides quanrum clava Sclavisque, bonisque
 Nobis Pannoniis, Austris, Moravisque, Bohemis
 80 Robur item par, belligerant cum caesare nostro,
 Qui nunc Matthia. Comes ac dux Turnus in armis
 Fulminat, eventu quo nescio, clara Georgi
 Gesta bono miseris, quondam haud ingloria seclis
 Post ullis, prosunt, ut libera turba fruamur
 85 Nunc aris arvisque rudes formidinis. Illi
 Illi hoc acceptum ferimus patriaeque perentem,
 Si qua dein superest, cum posteritate canemus.

V[agus]

- Cresce, domus Nyari domus ac Thursonis in aevum.
 Ista palatinus fieri si cerneret, aether,
 90 Quod non indulisit, foret exultatio patri
 Quanta pio! Prae laetitia lacrumaret, amatam
 Hancee suo Thurzoniadi per faedera ductam,
 Connubii autricem gentis fore. Semen in arvum
 Ut sparsum fert nobilius cum foenore fructus,
 95 Cresce, domus Nyari domus ac Thursonis in aevum.

A[rva]

- Cuique suam lecti praedestinat aether,
 Insperata viro consorsque fit omnis Olympi
 Arbitrio et fieri recte connubia fato
 Dictum est a quocumque prius, recte ac bene dictum est.
 100 Quot violas ver purpureas floresque quot hortis,
 Quot pratis genius, det Iuno crescere nostris,
 Det totidem sponsism qui fautor at autor in arvis.

V[agus]

Cresce, domus Nyari domus ac Thursonis in aevum.
Haec ut pulcra suo Veronica comat Iulo
105 Se soli, placeat soli, det et oscula soli,
Pareat et soli pariat. Devota Iehovae
Sunt quoque corda mihi, natorum cernere natos
Illos rex coeli faciat, numero aequet arenam,
Astraque Thursonum gens, dilatanda det orbis
110 Climata, Thariades Emericus at audiat alter
Thurzo polique solique ingens rocul incrementum.
O virgo felix! O sidere nata secundo!
Alite quo nupsit Raguellis nata Thobiae,
Quo Peleus Thetiden sibi nexuit aequor ad ipsum.
115 Aequa sit amborum sors et mors, praeter et urnam
Faxit dividos nil, quin veniatis in urnam
Ut simul at sero, det, qui dedit, esse iugalis.

ISBN 978-80-568-0484-1



9 788056 804841